
ספֶר טוּב טַעַם

Opus de Proſodia

HEBRAEORVM IN QVATVOR *libros diuiſum. Quorum primus accentuum inuentionem, finitionem, diuiſionemque continet & eorum catalogum. Secundus grammatici & muſici locum ac ſitum, variasq; proprietates indicat. Tertius verò Rhetorici accentus officium & naturam comprehendit. Quartus porrò & vltimus, naturalis accentus, locum in qualibet dictione demonſtrat.*

AVTORE IOHANNE Vallenſi Hieronymiano.



PARISIIS,

Apud Iacobum Bogardum ſub inſigni D. Chriſtophori, è regione gymnaſij Cameracenſium.

1146

1545.

41

PETRI FERDINANDI QVINONIJ ad candidum lectorem ἐπίγραμμα.

Mos eſt nunc libros grandi laudare poëſi
Viuere quos nollet docta Minerua tamen:
Quoſque ſciunt nullo victuros tempore, verſu
Commendant, Scombros, & quia thura timent.
Carmine non igitur doctum laudabo volumen,
Namque illud laudat docta Minerua ſatis:
Sed tantum oſtendam quos hinc decerpere fructus
Poſsis: vt hæc cupida tu quoque mente legas.
Hinc ergo Hebræos poteris perdiſcere cantus,
Vox & quo accentu quæque notanda tibi.
Quoſque vocant reges cognoſces, quoſque miniſtros,
Et quod quis præſtat regibus obſequium.
Queis ſine non potes Hebræorum nomina noſſe,
Et neſcis quo rem nomine quamque voces,
Corrumpis rerum voces, & ſcribere neſcis,
His ſine priſcorum nec monumenta ſcies.
Hæc te Vallenſis docet, hæc tu perlege lector
Si cupis Hebræi noſcere quicquid habent.
Quicquid habent noſces ſi non ſit liuida lingua.
A doctis rabidus liuor abeſſe ſolet.

ADMODVM REVERENDO IN *Christo patri, domino Gabrieli Guzman, cœnobij Lõgi pontis abbati dignißimo.F.Iohãnes Vallensis Hieronymianus.* S. P. D.



V M *multa sint, Antistes dignißime, quæ mortales inter se cœlestis illius amoris (vt apud Platonem est) vinculo coniungant, nihil tamẽ illum aut certiorem aut firmiorẽ diuturnioremq́ue reddit, quàm vniuscuiusque animus: non ille quidem rudis & impolitus, sed is, qui omni virtutum, doctrinæ, & humanitatis genere est expolitus: quique omni feritate, atque immanitate deposita, comitatem, mansuetudinem, religionémq; consequitur, & nos in sui amorem allicit, ac penè inuitos trahit. Quod si verum est, vt cèrtè est, quis mirum putabit si te omnes non diligant modo, sed ament ac venerentur? Nam quis te aut ingenij dexteritate ac facilitate, quis morum probitate, quis mansuetudine ac comitate, quis modestia, quis religionis amore ac obseruantia, quis doctrinæ omnis & humanitatis cognitione, non dicam superat, sed exæquat? Quas omnes tot, tantas, tamq́ue genere dispares virtutes, cùm videret in te Franciscus Gallorum rex Christianißimus, singulari quadam prudentia coniunctas, te vnum dignißimum inter omnes iudicauit, quẽ de pace ad Ca-*

a ij *rolum*

rolum quintum Cæsarem inuictißimum mitteret. Quod quidem munus difficillimum tibiq; maximè periculosum, tanta fœlicitate, tantaq; diligentia suscepisti, vt non ante tibi quiescendum putaueris, quàm illud planè perfectum redderes. Quod quidem beneficium quantumcunque est, quod sane maximum atque amplißimum est, vniuersæ Reipublicæ Christianæ tibi omnes acceptum referre debent: vt qui tantæ concordiæ, tam insperatæ pacis, tantæ deniq; fœlicitatis tu vnus inceptor ac perfector extiteris: finemque tu vnus tantis támque diuturnis & cruentis bellis, tot miseriis & ærumnis nunc deprecando, nunc solicitando, nunc veritatem ac pietatem ipsam ob oculos principum proponẽdo, imposueris. Quod tanta omnium expectatione, tanta tua humanitate perfecisti, vt nullum inuidiæ ac calumniæ locũ planè reliqueris: quod tanto magis admirandum sanè est, quanto est difficilius, eum qui in clarißimo sole versatur, vmbra carere. Itaque nemo nunc tam ingratus, beneficiorumque immemor potest inueniri, qui Gabrieli Guzman, se quod fœlicißimè viuat, quòd diues, quòd fortunatus sit, quòd omnia sua salua habeat nõ aliquid debere existimet. Nemo qui à Gabriele Guzman non Rempublicam Christianam, iam prope quassatam, non subleuatam dicat? Quæ quum omnia tam inopinata ab omnibusque desperata iudicarentur: te vnum videtur Deus opt. Max. inter omnes delegisse, cuius opera calamitatibus, mortales liberaret: ideoque te velut Iosephum quendam honoratum & gratiosum in conspectu

princi-

principum reddidit. Hæc tua tam vera tamque solida gloria (qua generis tui nobilitatem satis ostendis) summæ mihi fuit voluptati, pro meo in te singulari studio iam inde à multis annis tibi perspecto, sed nullo tamen adhuc publico signo testato. Quare cum haberem lucubrationes quasdam, nomini tuo dicandas putaui: tum vt amoris erga te mei pignus aliquod haberes, tum vti meæ vigiliæ sub tui nominis amplitudine in vulgus emissæ minus inuidorum rabiem pertimescerent, vt quidquid ex illis לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ *linguæ sanctæ studiosi emolumenti caperent: id se tibi debere confiterentur. Cui verò ea quæ ad sacram scripturam intelligendam ac interpretandam maximè sunt necessaria offerri commodius possunt, quàm tibi, qui & vniuersam fœlicißimè didicisti: eiúsque fidelißimè numeros sententiasq; omnes ac penè pũcta tenes, nec quæstiones ignoras, vt tuũ ducem diuum Thomam in omnibus imiteris: & tandem vt ad summam omnium peruenias, maxima semper tua cum laude, in theologico illo curriculo verseris. Linguæ autem huius sanctitatem, diuinitatémque quis ignorat? quæ & Deum præpotentem omniũ rerum cœlestiũ ac terrestrium conditorem & summum artificem autorem habeat? cuiusque non dico verba, sed & pũcta ipsa maxima continent mysteria: & à cuius penetralibus fidei nostræ fundamenta sunt repetenda. Si enim literarum ipsa nomina ac apices diligentius consideres, admirabilem rerum seriem reperies in illis contineri, diuinasque sententias poteris elicere. De quibus satis multa diximus*

mus in ea epistola quàm nostræ Hebreæ grammaticæ præposuimus. Quid? an non id diuinitatem Hebreæ linguæ satis ostendit, quòd & hæc sola sit, quæ propriũ illud Dei opt. Max. Iudæis ineffabile, nobis autem Dei munere reuelatum τετραγράμματον *nomen contineat? quis præterea in vnico verbo* אֱלֹהִים *non videt vniuersæ nostræ fidei fundamentum, diuinæque illius* τριάδος *mysterium contineri? nullumque esse in hoc verbo vel minimum elementũ, quod diuinitate careat: solum enim hoc nomen in plurali pro singulari, vnico ac vero Deo semper accipitur: vnde maximum colligitur argumentum trinitatis personarum & vnitatis essentiæ. Et etiã vt nomẽ plurale sit, verbo iungitur, nihilominus, singulari, nisi idôla significet. Quod sanè Trinitatis sanctissimũ mysteriũ ex innumeris veteris testamenti locis licet colligere, quod & multis locis notat ac manifestè ostendit trilinguis ille vel* παντάγλωττος *potius doctor diuus Hieronymus, vt in interpretatione secundæ Homeliæ Origenis: quid aliud, inquit, fiebat tunc, cum apparuerunt tres viri Abrahæ sedentes ad quercum Mambræ: licet illa angelorum species plus aliquid quàm angelicum ostenderit ministerium, nam trinitatis ibi mysteriũ efficaciter prodebatur. Quod & apertius explicatur per illud Iob 33. Spiritus Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis fecit me. Vbi Trinitatis Deum intelligere fas est: per Deum enim, Patrem intelligit, per omnipotentem, Filium, per spiritum, Spiritum sanctum. Similiter versiculum illum explicans, Verbo Domini cæli firmati*

D. Hieronymus in Cãtica.

firmati sunt & in spiritu oris eius omnis virtus eorum, inquit trinitatis maiestas manifestissimè declaratur: nã in Domino, Pater: *in* Verbo, Filius: *in spiritu oris,* Spi-*ritus sanctus continetur.* Verùm *quid ego linguæ* He-*bræa sanctitatem ac diuinitatem argumentis probare contendo? an non hoc est clarissimo soli mortale lumen velle inferre, quo ille lucidior euadat?* Itaque *tacebo: ne eam nihil dicendo obscurare potius quàm illi lucem aliquam adferre videar. Quàm autem ad sacram scripturam intelligẽdam lingua* Hebræa *sit necessaria, quis non apertè videat? tum ob linguæ proprietatẽ & phrases, quæ in aliam linguam verti non possunt, tum ob elementorum similitudinem, quibus nonnulli interpretum facilè decipi potuerunt, tum denique ob penè innumera alia. Quæ omnia si vellem recensere, neque ego scribẽdi, nec tu legendi finem vnquam faceremus.* Itaque *illa vitandæ prolixitatis causa omisimus: verùm qui accuratius ea cognoscere voluerit, diui* Hieronymi *scripta euoluat. Cùm igitur,* Abbas *dignissimè huius, linguæ diuinitatem & ad sacram scripturam intelligendam necessitatem viderem, operæpretium me facturum existimaui si in ea bonam meorum laborum ac vigiliarũ partem consumerem.* Itaque *quum ad eam perdiscendam videremus accentuum,* Regum *nempe, ac ministrorum cognitionẽ necessariam esse: hos prosodiarum libros scripsi in quibus videbis ipse, quo artificio omnia cõtineantur.* Cognoscesq; *quid* Vallensis *tuus maximis laboribus si non potuerit, voluerit certè perficere.* Vale An-*tistes.*

Idem D. Hieronymus.

tistes vigilantissime, nostrisque laboribus fruere. Et a*nimum potius specta, quàm numeris huius magnitudinem. Quæ enim offeruntur, non suo pondere, sed offerentis voluntate, vt inquit* D. Hierony*mus, sunt pensanda.*

INDEX CAPITVM PRIMI
libri qui est de vniuersali traditione accentuum.

Caput primum, quo tempore, & à quibus inuenti sint accentus, ac obiter de punctis. Folio. 3.

Caput. 2. Quomodo Hebræis accentus dicatur, quod nominis ἔτυμον, qua denique finitione comprehendi possit. Fo. 5.

Caput. 3. De multiplici officio accentuum & diuisione eorundem. Folio 6.

Caput 4. De explicatione catalogi. Folio 7.

Sequitur catalogus, cui septem appendices subnectuntur.

Appendix prima, cur variè tradita sit accentuum series. Folio 12.

Appendix secunda, de figurarum distinctiône, Folio 13.

Appendix 3. vnde multiplices accentuum figurę. Folio . 14.

Appendix 4. Quo discrimine accentus, qui figura consentiunt separari queant. Folio 15.

Appendix 5. de delineamentis accentuum, de loco & situ, denique de ipsorum collocatiône. Folio 16.

Appendix 6. de nominum etymologia, Folio 17.

Appendix 7. & vltima, de polyonimis & homonimis, ac rursus de loco, & situ. Folio 19.

Finis primi libri indicis.

Secundi libri, qui est de Accentu grammatico & musico.

Caput primum, De vtilitate, quam præstat cognitio grammatici accentus, Folio 20.

Sequitur series, regum ac ministrorum.

Caput secundum de ordine & vtilitate regum ac ministrorum. Folio 21.

Caput 3. Quomodo fuerint accentibus biblia distincta. Fo. 22.

Caput 4. de variis accidentibus & duplici distinctione regum & ministrorum. Folio 23.

Caput 5. de consequiis accentuum. Folio 24.

Caput 6. de mutatione punctorum, quæ fit ob regios accentus, Folio 24.
Sequitur breuis & dilucida naturæ singulorum accentuum explicatio, in qua primum de regibus, deinde de ministris, idq; iuxta præscriptam seriem grammaticorum accentuũ. Fo. 25.
Explicatio, in tabulas in quibus præcipuè agitur de accentuum progressu. Folio 35. Pagina 2.
Sequitur de musico accentu. Folio 41.
Finis libri secundi indicis.

Index libri tertij, qui est de Rhetorico accentu.

Caput primum, accentuum ad suas classes reductio. Folio 43.
Caput 2. Nunquid sit rhetoricus aliquis accentus? Folio 43.
Caput 3. rhetoricorum accẽtuũ, descriptio & distinctio. Fo. 44.
Caput 4. de variis nominibus Metheg, necnon de eiusdem officio ac vtilitate. Folio 44.
Caput 5. disquisitio quorsum inuenta sit virgula Metheg. Fo. 45
Sequuntur canones de Metheg. Folio 47.
Canones de Gahia. Folio 48.
Caput 6. de Gahia. Folio 49.
Caput 7. de maccaph. Folio 50.
Caput 8. De collocatione Maccaph. Folio 50.
Caput 9. de cõstructione dictionũ, quas copulat maccaph. Fo. 51.
Caput 10. de mutatione punctorum, quæ fit propter maccaph. Folio eodem.
Finis tertij libri indicis.

Index quarti libri, qui est de natiuo accentu.

Caput primum, de vtilitate quam præstat. Folio 52. pagina 2.
Caput 2. Naturalis accentus finitio & distinctio. Folio 53. pa. 2.
Caput 3. Canones de natiuo accentu. Folio 54. pagina 2.
Caput 4. de Naturali accentu consignificatiuorum. Folio. 57.
Caput 5. & vltimum, de naturali accentu verborum. Folio 58.
Finis indicis quarti & vltimi libri.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij abrahā.



In principio creauit Deus cœlum & terram.

בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁאמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃

In Esdram. Etiā si qui varias editiones habuerīt, si tñ Hebrei sermonis ignari sint: magis errabunt, ignorantes, quis e multis verius dixerit: quod etiā sapientissimo cuidā nup apud Græcos accidit vt inter dū scripturę sēsum relinquēs, vni⁹ cuiuslibet interpres sequeretur errorem.

In.22.cap.Iere. Illa verba non cōedent & non bibent, ita sunt confusa vt absq; Hebraicæ lectionis nullā intelligētiam habent. Pudet me (inquit) cōtentionis nostrorum, qui Hebraicā arguunt veritatem.

In præf.li.Re. Interrogandos Hebræos censet, vbi loca aliqua aut controuersiā habuerint, aut in se discreparint.

Apostolici viri scripturis vtunē Hebraicis. Ipsos apostolos & euāgelistas hoc fecisse perspicuū est. Dominus atq; saluator vbicūque veteris scripturæ meminit de Hebraicis libris ponit exempla.



Pie doctor Hieronyme, tuorum memor operū, sta corā summo iudice, pro toto cœtu proximorum.

AD OPTIMVM QVEMQVE ET Candidißimum virum, Hebraïcæ linguæ studiosum, Præfatio.

POsteaquàm de literis & punctis, è quibus omnis Hebræorum syllaba consistit ac conflatur: quãta fieri potuit diligentia disseruimus, de accentibus deinceps, qui iam compositis constitutisque syllabis adueniunt, eo superest scripti genere agendum, quod obscuritatis aut nihil, aut certè quàmminimum huiuscæ linguæ candidatis relinquat. Hoc verò commodißime forsitan præstare videbimur, si optimis quibusque præceptionibus, partim ex Eliæ & quorundã Hebræorum penetralibus aßidua lectione excerptis, partim etiã ex aliorum institutione comparatis, libellos aliquot conscribamus, intra quorum fines totius negotij ac instituti huiusce præcepta contineantur. In quo quidẽ opere certum quendam breuitatis modum obseruare conabimur, illud Græcorum præ oculis habẽtes μέτρον ἐν πᾶσιν ἄριστον. Item & Homericum illud ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα. Hoc verò quàm arduũ sit, quantúmve difficultatis habeat, facile intelligunt homines ea in re doctißimi, quibus ipsis obscurum profectò non fuerit, nos citra animi magnam molestiam laborémque improbum, vt ille ait, præstare id minimè potuisse. Hæc enim cùm sint omnium eruditorum consensu mirè frugifera, & ad perfectam sacræ scripturæ intelligentiam maximè commoda, adeò tamen hactenus à nonnullis sunt obscurè ac variè tractata, vt nõ nisi

multis vigiliis ac sudoribus ad eam methodum, quæ à nobis, deo duce, tradita sunt, redigi potuerint: sed de his plus satis: nullo quippe alio nomine ad scribendum adducti sumus, quàm vt communi vtilitati quodammodo consuleremus, hoc nobis proponentes, vt, iuxta D. Hie-

B. Hiero. in proœmiũ. 3. lib. cõmenta. episto. ad Galat.

ronymi sententiã, obscura declarare, manifesta perstringere, in dubiis denique immorari & coniecturam adferre, pro doctrinæ ingeniique facultate conaremur: quò ad Hebræorum arcana facilius posthac & iocundius animum conuerterent, studiosissimi quique. Nunc *igitur profuerint necne nostra hæc qualiacunque opera, liberum esto cuique iudicium.* Neque enim *(vt cum*

Idẽ in lib. Ester.

eodem D. Hieronymo *loquamur) laudes hominum affectamus, nec vituperationes expauescimus: sed cò spectamus, vt nostris ex vigiliis in studiosam iuuentutẽ, cui hæc dicauimus, aliquid emolumẽti emanare posit.* Enimue*rò ne quis operam superuacaneam nauasse nos putet, vtque propensioribus animis studiosi omnes, hebraïcæ prosodiæ facultatem consequi velint: quid frugis ex ea percipi soleat, imprimis attingam.* Principio *igitur quis non videat mancos esse* Grammaticæ *canones absque vlla accẽtuum cognitione?* Nam *quis literarum* אהוי*, quis naturam daghes, quis mutationem pũctorum, quis vim denique colligamenti ac retinaculi probè nôscet, aliaq; permulta planè assequetur, nisi idem accentus didicerit?* Proinde *rectè quidam poëta* Hebræus *inquit, si grãmaticam facultatem parare studes, contende huc studio conatuque, vt accentuum vim & naturam accuratius*

per-

perdiscas, hæc ille. Meritò igitur veteres Grammatici accentuum doctrinam tantum habere momenti iudicauerunt, vt sine ea patêre transitum ad cætera negarent. Præterea ne longius abeam, quam fuerit absurdum cùm in cæteris linguis, tum in hac sancta potissimum, lectionis suauitatem, prosodia neglecta, perturbare & tollere? Quippe emendatæ pronunciationis solus moderator accentus est, syllabæ cùm sit quasi ratio, vitáque ipsius. Quid? quod non modo, is rectæ prolationi confert, sed etiam intelligendæ scripturæ non parum adiumenti adfert? Vnde illa Ra. Schlomonis Iarrhij accentus dictionis id arguit, passim in commentariis suis repetita sententia. Quinetiam R. Abraham, Ezra reiici omnem interpretandi rationem censet oportere, quæ accentus nõ respicit: siquidem inuentores accentuum, de quibus paulopòst dicẽdum est, collatis multis exemplaribus, Biblia repurgarunt, sustuleruntque errores, si qui vitio scriptorum irrepserant, nec non per notulas distinctionum, confusum, alioqui contextum multò quàm antea dilucidiorem nobis reddiderũt. Porrò nec illud omittam, quod ex eorundem cognitione conuincitur, interdum stultissima iam à tot seculis Iudæorum peruicacia, Messiam quã expectant negantium Deum esse, idque præsertim ex loco illo Ieremiæ 23 וְזֶה־שְׁמוֹ אֲשֶׁר יִקְרְאוֹ יְהוָֹה צִדְקֵנוּ *Volunt enim in hoc loco nomen* יְהוָֹה *non ipsi Messiæ, sed Deo imponenti nomen Messiæ conuenire: quod ex accentu regio tiphca, qui est subditione* יקראו *non ita esse deprehenditur: cùm enim sit hic accentus distinguens:*

ſiſtendum eſt in eo, ita vt ſit ſenſus, & iſtud eſt nómen eius, quod יקראו *id eſt vocabunt, dominus iuſtitiæ noſtræ. Qui ſenſus nullo modo ipſis fauet, ſiue* יִקְרְאוֹ *legãt ſiue* יִקְרְאוֹ *hoc eſt vocabit ipſum, neque enim conſtrui rectè poteſt nominatiuus cum præcedente verbo per accentum regium à ſe diſtincto, ſed hæc perito ſatis. Quãtum ergo iſta conferant, ad veram & integram ſacræ ſcripturæ intelligentiam, & quanti momẽti ſint ex his, atque ex ſimilibus colligere licet. Sed iam ad ipſam rem deueniemus, ſi prius hoc vnum addiderimus: omnes accentus in omnibus 21. libris inueniri, regesq́ue in ipſis duntaxat dominari, reliqui enim tres nempe* אמת *id eſt, Iob, Prouerbia, & Pſalterium, ob verſuum breuitatem, methodum hanc ſeruare non poſſunt. Iam verò quod ſatis eſt præfati, ad rem accedamus.*

Reuclin. lib.3. Elias oratione.1 in Maſoreth

QVO TEMPORE ET A QVIbus inuenti sint accentus, ac obiter de punctis. Cap. I.



NTEQVAM ad sequentia progrediamur, nonnulla nobis de inuentione accẽtuum dicenda censuimus: id siquidẽ ad huius instituti rationem pertinêre cõstat. Sunt igitur paulò ante inuenta puncta, deinde accentus: quemadmodum scribit Rabbi Cuzar li. primi oratione 3. cui tamen repugnare videtur Elias Sectione 2. vbi opinatur eodem tempore ambo literis adhibita fuisse, quod sic accipiendum reor, vt non magno post interuallo alterius inuentio, alteri subsecuta sit. Atque horũ quidem autores fuerunt iidem, qui & Masoreth, viri Tiberitæ, siue Tabereni, ex Mœsia, quæ est in Paphlagonia, peritissimi præ cæteris, vt quorum sententiam, si credimus Rabbi Abraham Ezra instar Lydij lapidis habere oporteat. Lectitabant verò ante id tempus nullis, neque accentuum, neque punctorum apiculis, sed sola cabala, vt vocant, adiuti Hebræi, dum alij aliorum ab ore penderent, & quod quisque à maioribus viua voce exceperat, eadem quoque posteris fideliter refunderet. Quod neutiquam perdifficile iis fuit, quibus & quotidianus linguæ vsus, & docentis prælectio, & legẽdi exercitatio, dicendi: & memoriæ tradendi, facultatem adferrent

Elias in Masoreth sectio. 2.

Autores punctorũ et accẽtuũ iidẽ qui et masoreth

ferrent

ferrent. Atque ea quidem legendi ſeu ratio, ſiue cõſuetudo ad ea vſque tempora percrebuit, quibus ad finem ſuum perductum eſt Talmud, id quod accidit, ſecundũ numerum Hebræorũ, anno mundi 3989. nec ad id modo tempus, ſed quouſque autores Maſoreth degenerãtem hanc linguam reſtituiſſent cãdori ſuo, atque acceſſione punctorum, accentuumque, uelut adhibito colophone fulciſſent. Neque tamen illi vel punctorum, vel accentuum traditionem, qualem habemus ediderũt: ſed qui eos ſecuti ſunt viri docti inuentis pulchrè rebus: vt fieri ſolet, facilè addiderunt. id quod cum aliis argumentis, tum iſtis probari poteſt, quòd cabaliſtici, quos vocant, quum diſtinctionem figura expreſſam, penitus non haberent, totam legem eſſe, quaſi verſum vnicũ, atque adeò dictionem videri vnam commenti ſunt: exceptis nominibus diuinis, vt Rabbi Moſes filius Nahaman ſcriptum reliquit. Præterea & illud ad faciendam fidẽ adhiberi poteſt, vt neque ante Talmud, neque ante D. Hieronymum vſurpati apices videãtur, quod ex lectionis varietate, tranſlationum quoque varietas profluxerit. Exemplo ſit quod alij Hoſeæ 11. dictiunculam על altiſſimum: alij iugum vertunt, quia vel per camets ſcribi, vel per cholem queat. Eſtque עַל præpoſitio, ſuper, ad, iuxta, &c. Quòd ſi quis obiiciat, contrarium videri ex eo quod beatus Hieronymus ait. Berſabeæ pro varietate accentuum vertitur in linguam noſtram, puteus iuramenti, aut puteus ſatietatis: idem alio in loco שָׁקֵד Soked, ſi variatur accentus & nucem ſignificat, & vigilias

Pagninus in Lexico pa. 1739.

B. Hiero. in Hamos ca. 8.

lias. Ex quibus quidem colligi videtur fuiſſe accentus tempore ipſius. Veruntamen ſciendum eſt, iſta de natiuo accentu intelligi debere, non de figurato. Nã quod nulli apices fuerint tempore illius, hoc ſatis indicat, quod alibi ſcribit שם *pro qualitate loci, & pro verbo, poſuit, accipi poſſe. Qua de re nulla ambiguitas fuiſſet, ſi punctum habuiſſet litera.* ש, *quo fieret harum ſignificationum diſtinctio, ſicut nunc facta eſt, nam* שׁ *cum puncto in dextro latere ſignificat ibi, illic &c. Sed* שָׂם *cũ ſmol id eſt puncto exiſtente in ſiniſtra parte, ſignificat poſuit, collocauit. Eſtque* שֵׁם *nomen: inſuper & hoc perſpicuũ fit, ex eo quod idem alio in loco dicit, pro eo quod nos tranſtulimus mortem, in hebræo tres literæ poſitæ ſunt:* רבר *abſque vlla vocali, quæ ſi legantur dauar, verbum ſignificãt, ſi verò deuer peſtẽ, quæ Græcè dicitur* λοιμός: *vnde, vt ipſe ait, ſecuta eſt interpretum varietas. idem ignis & lumen hebraïcè eiſdem ſcribuntur literis* אוב *quòd ſi legatur* אור *ignem ſonat, ſi* אוֹר *lucem, idem apud* Hebræos *locuſta & fumarium iiſdẽ ſcribitur literis* ארבה *quòd ſi legatur* אַרְבֶּה *locuſta dicitur, ſi* אֲרֻבָּה *fumarium.* Et *alia quamplurima quæ paßim in eius vberrima doctrina reperiuntur.* Ad *hæc etiam accedit, quòd pleraque nomina propria, ob carentiam punctorum, perperam in alienam linguam deflexa ſunt cuiuſmodi ſunt* מַלְכִי־צֶדֶק חַוָּה מִרְיָם. *Qualia quum propè innumera ſint, hæc tantum breuitatis cauſa adduxiſſe ſufficiat: quòd ſi temporibus illis, tum puncta, tum accẽtus aſcripti fuiſſent, nullus vel errori, vel expoſitionum diuerſi-*

Idẽ in vlt. cap. Eccleſiaſtes.

Idẽ in cõmẽta. Habac. cap. 3.

Idẽ lib. 2. cõmẽt. in Habac.

Idẽ ĩ Eſaiam ca. 31.

Idẽ Hoſe. cap. 13.

diuersitati locus, credo, extitisset. Sed tamen si exactius omnia perpẽdere nitimur, repugnare nobis inueniemus præfatum numerum Hebræorum de inuentione accentuum in hoc capite ascriptum, quòd breuior sit quàm oporteat: ex eo nanque apparet, ante D. Hieronymũ puncta fuisse. Expendamus ergo hebræorum numerum & sententiam, ut ea quæ exactè rationis examini insistendo prodierint, veritas (quæ etsi clausa & ligata fuerit, vinci nequit) velit approbare. Mortuus enim est eximius ipse doctor sub Honorio & Theodosio principibus, anno domini 422. indictione quinta, vltima die mensis Septembris, hora completorij, ætatis suæ 99. sepultus apud Bethleem iuxta præsepe domini, multis coruscans miraculis, cuius vitam Eusebius discipulus eius descripsit, vt refert abbas Tritemius in libro de scriptoribus ecclesiasticis. Exinde sequitur, recta & fideli Hebræorum computatione facta, D. Hieronym. obiisse anno à creatione mundi 4182. Qui numerus cũ sit maior illo de inuentione accentuum adducto, longe ante sanctũ Hieronymũ puncta fuisse apertè probare videtur. Hæc enim perspicua sunt scienti annum ab initio mundi hoc Christi anno 1544. quo hæc scribo notari ab Hebræis 5304. Ex quo facile deducitur tempus mundi ad Christum, & à Christo ad mortem D. Hierony. Verùm quia ecclesiastici ac catholici viri cuncta rimando quibusdã rationibus non friuolis moti, præscriptum numerum Hebræorum reiiciunt: eum refellere non vereor. Eusebius enim & Orosius annum mundi dicunt esse 6741. diuus

Au-

B Hiero. in proœmio in. 5. cõmenta. Ieremiæ.

Quo tẽpore mortuꝰ sit D. Hieronymus.

Abbas Tritemius.

Augustinus numerat 6895. numerus qui ex sacra scriptura elici videtur est 5498. aliqui numerant. 5504. Minor *ergo numerus catholicorum est maior numero* Hebræorum *plusquam 199 annis* ·Enimuerò *si insignes isti uiri adductum numerum de inuentione accentuum scriptum nobis reliquissent, proculdubio sic illum maiorem fecissent, vt mortem clarissimi doctoris intra eum inclusissent: atque eo modo scrupulum à nobis adimissent.* Huius *rei videntur facere fidem adductæ auctoritates* D. Hieronymi *permultæque aliæ rationes, quæ in eius frugifera operum lectione inueniuntur.* Ex *quibus videtur esse perspicuum puncta, uel accentuum figuras nequaquam fuisse illius tempore.* Neque *ut* Elias *affirmat in monte Sinaï, ut falsò quidam opinati sunt, traditas: nec item ab* Esra, *consilióque temporis illius, quod alij sentire malunt, posteritatis in vsus proditas fuisse.* Aliud *quippe nihil, ut idem dicit* Elias, Esram *videtur præstitisse, nisi quod virorum cōgregationis magnæ, suumque iudicium, sequutus lectionis varietatem, si qua vel ob cabalam, vel ob rationem probabilem emerserat, scriba ipse notauit: vnde & per* Antonomasiam *scriba velox in lege Mosi dicitur.* Quocirca *illud quod, qui à nobis dissentiūt, allegant è* Talmud *in locum nehemiæ.* Legerūt *in libro legis dei, hanc lectionem cum expositione hoc est interpretatione, ponendo intelligentiam, id est distinctiones & intellexerunt lectionem, hoc est secundum accentus pausas fecerunt, ita intelligi dicimus oportêre.* Posuêre *distinctiones, videli-*

cet vt per Cabalam acceperāt, & lectionis moras fece runt, nempe secundum exigentiam sententiæ sine notu-lis tamē. Ex quibus euadit perspicuum illud esse uerum quod initio proposuimus ab autoribus scilicet Masoreth, & non ante illos puncta & accentus excogitatos fuisse. Sed iam de inuentione accentuum, atque obiter punctorum hactenus sat dictum est.

QVOMODO HEBRAEIS ACCENtus dicatur, quod nominis ἔτυμον, qua denique finitione comprehendi poßit. Cap. II.

QVod Latini nomine accentus significarunt, id variè linguis variis cōtigit nominari. Siquidē à Græcis προσῳδία, ab hebræis טַעַם, quod vel rationem uel gustum potius saporémue sonat appellatur. Cuius, ut uidetur, nominis indēdi ratio fuit, quòd veluti sale quodam & lepôre dictiones cōdiat, cū proferendas tenore suo quasque commōstrat. Neque enim uel vlla Hebræis dictiuncula caret accentu, nisi quæ interim per macaph sequenti connectitur. Sed operæpretiū fuerit, de accentibus dicturo, antè definire, quid nominis istius ambitu comprehendatur. Itaque sciendum est quòd illud omne, quod legendi causa ingeniosißimi viri excogitarunt, figuræ nomen subiit. Sunt verò inuentæ literæ primùm ex quibus syllabæ coallescerent, intellectis initio punctis, post modum adhibitis. deinde uerò accentus, qui syllabæ tenorem seu tonum le

gentibus indicarent.Neque ante noua comminiſcendi fi nem fecère, quàm ſuis prolatio numeris modulisque cõ ſtaret.Potißimum de Hebræis loquor,quos nec Græcis, nec Latinis,hac quidem in parte ceciße compertum eſt. Hinc habenæ frenaque & dictionum colligamenta,cuiuſmodi tamen inter προσῳδίας *Græci retulère. Cæterùm hæc omnia,quæ ad aptè cõmodeque legendum priſci illi rerum inuentores poſteris tradidère,hæc inquam notulas & ſigna,figuras denique eſſe, non geometriæ ſed grammaticæ vſui futuras minimè obſcurum eſt. Atque id nihilominus equidẽ inde probauerim quòd Elias veteres illos accentibus caruiſſe oſtenderit, cùm fateatur tamen eos & diſtinxiſſe ſententias, & ſyllabas ſemper,quas decuit extuliſſe. Vnde colligi poßit magnum diſcrimen inter accentum & poteſtatem eius intereſſe. Quinetiam ſectione quinta idem loquens de ſoph paſuc pronunciat puncta ſuper impoſita ſibi, non eſſe accẽtum ſed lineam perpendicularem.Cùm ſit igitur ſimiliũ ratio conſimilis,ſitque ſoph paſuc figura accentus,erũt cæterorum ſigna itidẽ proſodiæ. Ex quibus euadit perſpicuum,eos aberraſſe qui literis, quas delineamenta quædam eſſe viſu ipſo perſpicimus,vocis accõmodauère nomen:cum litera minimè vox ipſa ſit, ſed vocis efferendæ indicium,nec aliquo pacto id eſſe dicetur, quod repreſentat &c.Quapropter accentus figuræ ſigniue nomen ac rationem ſortitur:Deinde verò quoniam accentuum vt ſequitur, vis officiumque eſt multiplex, quo ne res ipſa latius, quam inditium rei vocabulum exporri-*

Elias in Maſoreth Sectiõe.5.

gatur, communi quadam nota singula constringemus, si annotari syllabis eò dicamus vt fiat aliquid circa ipsas quod facit grammaticus accentus: fieri enim quicquam dicatur necesse est, siue eleuari syllabam, siue suspendi quod facit rhetoricus, siue denique cantillari quod facit musicus, debere ostendant. Quamobrem fuerit accentus, quædam notula signúmue syllabæ adueniens, quid fieri circa ipsam addeceat representans. sit igitur accentus hoc pacto nobis definitus.

Definitio accentus.

DE MVLTIPLICI OFFICIO ACcentuum & diuisione eorundem. Cap. III.

S*Equitur vt recenseamus officia quibus defungi accentus intelliguntur. Quorum quidē alij plura alij pauciora enumerant: quippe hi res varias ad summa capita reducunt, illi singula potius seorsim inquirunt. Quidam enim primum accentus officium, cum* Latinis *&* Græcis *commune esse dicunt, videlicet eleuare syllabam, vel deprimere.* Proximum huic, *significationem dictionis, quod facit potissimum accentus efficere & mutâre.* Mox verbum *in nomen, contráque loci mutatione facta, transformâre.* Aliud autem of*ficium statuunt voculationem quandam, qua* Iudæi *cantillant representâre: cui subnectunt orationem in commata, coláque partiri, ac periodo comprehendere. Quæ vt vera sint, nihilominus tamen nos, qui tantum fastigia summa hoc loco attingēda esse duximus, de reliquis po-*

stea dicturi, nunc vnius Reuclini *viri sanè quàm eruditi iudicium in fidei vim adducam: qui syllabas quaslibet, quibus quidem prosodiæ signum accesserit, censet extollendas reliquis depreßis atque grauatis.* Hebræorum *igitur accẽtus syllabam non deprimunt, sicut* Græcorũ *&* Latinorum. *Porrò significationes dictionum mutari ob variatum accentum diuus* Hieronymus *concedit, ait enim, quomodo igitur in* Ieremiæ *principio verbum* שָׁקֵד *si varietur accentus, & nucem significat & vigilias, hæc ille, quod intelligi debet vt diximus de natiuo accentu. Sunt & qui orationis partes inter ipsas ob varium situm variari volunt: idque exemplis adductis planum facere conãtur: dictio* בָּעַל *pro verbo dominari, poßidere, ultimam acuit: si verò primam, dominum, patronũ, possessorem, maritúmue significabit. Eodẽ quoque modo accentus in dictione* שָׁלַח *promittere, emittere, & destinare vltimam sedem occupabit, si autem primam signauerit ensem, gladium, pugionemq́ue designabit.* Cæterùm *vt omnia lucidiora fiant eiusdem* Capnionis *sententia, triplicem ordinem constituamus.* Cùm *enim prosodiæ figuris, omnis regatur prolatio, sit alia simplex, quam expectant grammatici, alia sit ornata & benè sonans, qualem rhetores obseruant, postremò sit harmonica quædam quæ pertinet ad musicos, hæc accẽtuum citra controuersiam prima potißimaq́ue habentur officia: syllabam acuere, atque orationem distinguere, deinde verò euphoniæ causa, ornatusq́ue poni, denique speciem quandam cãtus indicare.* Ex *quibus quasi fon-*

Reuchlinus lib.3.

D.Hieronymus in Ecclesiast. cap. vltimo.

tibus tria nimirum oriuntur accentuum genera. primũ est eorum, quos alij grammaticos, alij proprios appellant, aliud eos continet, qui rhetorici dicũtur, quos eosdem improprios nonnulli nominant. Vltimum complectitur omnes, quos ante ad musicos diximus pertinere, qui figura iidem cum primis (quippe quos grammatici & natiui se mutuatos fateantur) ratione tamẽ officióque permultum dissentiunt. De quibus omnibus suo loco fusius agetur. Notandum autẽ, hac diuisione: figuratũ accentum duntaxat in suas species deduci, qui postquam à nobis pertractatus fuerit, ad natiuum accentum, qui ab hoc diuersus est declarandum accedemus: neque non eidem quartum huius operis librum destituabimus.

INSEQVENTEM CATALOGVM *breuis, & dilucida explicatio,* Cap. IIII.

I*Nterea verò vtilissime de ipsis aliqua dicantur, & singulorum nomina figurasque age proponamus. Quod vt commodius fiat, sequẽtem catalogum, quinque columnellis quanto fieri potuit artificio digestum depinximus. Quarum media, quæ potissima est, seriem diuisionis huiusce continet, quam trado tibi. Omnis enim accentus, vel ex punctulis tantum, vel ex lineolis, vel ex vtrisque consurgit. Qui pũctulis autem pinguntur, aut vno, aut duobus, aut tribus, ad summũ descripti sunt. Qui verò lineolis aut rectis, aut curuis, designantur. Rursus lineas, rectas, aut*

Expositio mediæ columnellæ.

perpendiculares, aut directas, aut inclinatas in dextrã, vel in sinistram esse contingit: sicut curuæ vel omnino ta les, vel cum aliqua rectitudine cõmixtæ cernuntur. De*nique & figuræ, aliquæ sunt ex linea coalescẽtes & pũ ctis, quæ omnia in hac media columnella ordine descripsimus & quot sint, numeris notauimus, lineis rectis per medium eius hinc inde protractis, vt quæcunque in ipsis & sub ipsis comprehendentur, ad eam classem, quæ in medio catalogi prima se offeret pertinêre intelligan tur.* H*æc tu si percipis, quæ in prospectu posita sunt, cæteras quatuor columnellas vltra citraque medium, binas spectato: & ante priorem earum, quas ad sinistrã perspicis, nonne accentuum vides numerum præfixum-* In *quo quidem definiendo sudatum est sic satis, cum ea de re grammatici ferè omnes diuersa opinentur, nec sibi inuicem constent. Quandoquidem cuncti (*Eliam *sem per excipio) pauciores quàm deceret, enumerauêre accentus.* Nos *quidem certè* Eliam *ipsum accentuum numero superauimus, non enim* Eliam *solũ sequuti sumus, sed ex* Reuclino *ac* Pagnino *aliorumque doctißimorũ optima quæq; decerpsimus. Sic tamẽ egimus vt ne quic quam iterauisse neque præter rem addidisse (si modò cã didus eris lector vt spero) uideamur.* Idque *equidem tibi ostendam posterius cum agam de rhetorico accentu.* Nunc *catalogi ipsius columnam primam, quæ mox post numeros sequitur aduerte.* In *vertice enim ipsius comprehenditur quid illa contineat nempe, nomen, id est, ac centuum nomina, quæ partim* Hebraïca, *partim* Chal-

Ante primã columnellá accẽtuũ numerus signatur,

Expositio primæ columnellæ.

daïca, atque etiam barbarica reperiuntur. Mox si oculum in dexteram paululum deflexeris, nominis etymologiam cuiuslibet vt in scriptione proponitur inspicies.

Declaratio .2. columnæ.

Cui quidem exponendæ sua non defuit difficultas ob peregrina vocabula. Proinde quærit Elias *Hebræorũ ipse doctißimus (atque vtinam tam bonus esset christianus) ecquis indicabit nobis quid significet, thiphcha, aut tharsa, quid* Iethib, *&* Telisah, *quid sibi velit* Meaiela *& eiusdem generis complura. Iam prætergredere mediam columnam, & sequentem aduerte quæ inscribitur, sinonyma. Singuli enim accentus, de grammaticis loquor, quos eosdem musicos appellâre licet, singuli inquã quinque his exceptis, pazer, zarka, reuiach, tebir, & telisah, vt putat* Elias *duobus saltem nominibus vocantur.*

Quintę & vltimæ columnæ declaratio.

Denique & ea expende quæ scripsimus vltimo loco: tria enim illic breuißime indicamus, in quibus velut in cardine tota ferè accẽtuum ratio vertitur, & cõstat. N*am figuram singulorum illorum quorum nomen descriptum est è regione in prima columna depinximus, depictam suo loco statuimus, id est in vltima vel penultima, vel prima: idque situ decenti, hoc est supra dictionem vel subtus. Vocabuli autẽ cuiuslibet vicem haud incõmodè obiit verbũ* פָּעַל*: siquidẽ apud Hebræos grãmaticos variè deflexũ, formas cõiugationũ & nominũ referre solitum est. Hoc autem adiecta litera* ה *si alibi notandus foret accentus, quàm in vltima, aut penultima, trisyllabum effecimus. rationem igitur figuræ habeto primum, deinde loci: num videlicet in capite, num in me-*

dio non in calce dictionis accentus resideat? nunquid etiam idem accentus sedes in vocabulo diuersas occupare natus sit? postremò & situm considera num syllabæ super scriptus sit an eidem subiaceat, num denique dictionis finem subsequatur: ex quibus facilè perspicies an quãdoque milhel, quandoque milrah, aut semper milhel aut semper milrah &c. quilibet illorum esse possit. quæ omnia vt faciliora omnibus sint quibusdã illorum scholia quædam in eodem catalogo ad omnium illustrationẽ adiecimus, vt hoc nostro labore & artificio prouocati iuuenes sedulò conentur obstrusa huius linguæ rimari.

Numerus	Nomen.	*Nominis* ἔτυμον	*Diuisionis præscriptæ series.*
1	רְבִיעַ	*Quadrum Imminens.*	Quæ punctulis cōstāt. *Vno* 1
2	זָקֵף קָטוֹן	*Erectus minor.*	*Duobus.* 1
3	סֶגוֹלְת	*Proprietas.*	*Tribus* 1
			Quæ lineis rectis
4	מַקָּף	*Colligamentum. Arctator.*	*Transuersa recta.* 1
5	מֶתֶג	*Retinaculum.*	*Perpendiculari recta.* 5.
6	גַּעְיָה	*Mugitus.*	
7	סוֹף פָּסוּק	*Finis versus.*	
8	לְגַרְמֵיה	*Perfectū. Solitariū. Exossator.*	
9	פְּסִיק	*Diuisor, vel distinctor.*	
10	גֶּרֶשׁ	*Expulsor.*	*Inclinata in dextram.* 3.
11	מְאַיְּלָא	*Subulinum cornu.*	

Hos duos.s.legarme & pesic, Reuchlinus alicubi distinguit & alibi pro vno cōputat.

Synonima.	Figura, locus, & situs.
	פְּעַל֨
	פְּעַ֨ל
Segolta, Sare. Segula, Segol.	פָּעַל֒
Makeph. Semich, id est connexio vel sustentatio.	פָּעַל־
Resen, id est frenum habenæ.	פָּעַלְךָ־
Habamadach, id est statio.	פָּעַ֔ל
Salech. Selich. Siluc: Selac. id est summa.	פָּעַֽל׃
Legarmi, id est gnomon.	פָּעַל׀
Pasec.	פָּעַל׀
Teres, Tarsim, Azla, id est ambulator.	פָּעַ֣ל
	פָּעַל֧

Hic annotatur bis. i. ĩ vltima & penultima, quia pōt esse milhel vel milrach: eodem modo de similibus.

Annotatur tantum in vltima quia tantũ est milrah intellige de ꝓprio situ. nã im propriè alibi signari potest idem.

metheg potest poni ĩ 1. & in penultima sed nunquã in vltima nisi sequẽte maccaph vide cap. 5.3.lib.

Gahiah sẽp est cũ scèua & ĩ prĩcipio vide ca.6.3.li. hi duo nec sunt reges neque ministri ideoque aliqui viri docti eos inter accẽtus annumerari nolunt.

Gheres & meaiela notantur tantũ hìc in penultima quia nunquã possunt esse milrah, sed tãtũ milhel vide in Gheres lib. 2.

Numerus.	Nomen.	Nominis ἔτυμον.	Diuisionis præscriptæ series.
12	מֵירְכָא פְּשׁוּטָה	Hastile simplex.	
13	מְפַתָּא	Palma.	Inclinata in læuam. 3.
14	פַּשְׁטָא	Planator. Extensor.	
15	קַדְמָא	Antecedens.	
16	גְּרָשִׁים	Expulsores.	Duplicata. 2.
17	מֵרְכָא כְפוּלָה	Hastile duplex.	
18	יְתִיב	Tornator. Sedens.	Curua. 9.
19	מַהְפַּךְ	Cornu reuersiuum, vel inuersum.	
20	מוּנַח	Cornu repositum.	
21	עִלוּי	Cornu exaltatum.	
22	מְכַרְבֵּל	Cornu sustinens.	
23	יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ	Luna dici sui, id est vnius dici.	

Synonima.	Figura, locus & ſitus.
Marcha, maarich, id eſt productor.	פַּעַל
Tarca, Taphcca, id eſt labor. Tarca acharona, id eſt poſterior tarca.	פַּעַל
Azla, Paſſet, id eſt, extenſio.	פַּעַל
Eſchel, Azla, Geres, teres, tere thame, id eſt duo accentus, id eſt duplex kadma.	פַּעַל
Teraſim, thereſim tharſim, Duplex Azla.	פַּעַל
Taren chutarin, thren huttrin i. duo baculi, duplex marca. ſanemaarichim.	פַּעַל
ſophar mukadã. i. cornu præpoſitiuũ. taã leachor, maſpelpas vide Eliã ĩ figura ictib	פַּעַל
Mahapach, mcupac paſta ſophor hapuch, id eſt tuba inuerſa.	פַּעַל
Sophar iaſar. i. cornu rectũ. ſophar holech. i. incedẽs. beued moſelim. i. ſeruus domino	פַּעַל
rum, heued meſartim. i. ſeruorũ ſeruus.	פַּעַל
	פַּעַל
Pazer gadol Galgal. id eſt circulus.	פַּעַל

Hunc nẽpe paſtacũ ſequẽti kadma kapnion cõfundit.

Hos duos ſ. ictib, & mahphac kalonim⁹ vult eſſe eõdem alicubi, nihilominus ĩ ſuo catalogo diuerſos facit. Figura ictib ſẽper ante oĩa puncta. loquatur, vide lib. 2.

Numerus.	Nomen.	Nominis ἔτυμον.	Diuisionis præscriptæ series.
24	זַרְקָא	Sparsor.	
25	דַּרְגָא	Gradus.	
26	שַׁלְשֶׁלֶת	Trium graduum. Catena.	
			Accentus mixti. 7.
27	תְּלִישָׁה	Ternarius. Triplex.	Recta & curua.
28	תַּרְסָא	Scutum.	
29	קַרְנֵי פָאְרָה	Cornua vaccæ.	
30	פָּזֵר	Dispersor.	
31	זָקֵף גָּדוֹל	Erectus maior.	Recta & punctis
32	תְּבִיר	Frangens vel fractor.	Curua & puncto.
33	אַתְנַח	Pausator, suspirium Quies, discus euersus	

Synonima.	Figura, locus & situs.
	פַּעַל
Sophar Galgar, id est Cornu rotæ.	פַּעַל
Maarim, id est extolens.	פַּעַל
Talsa talisa gadola thelisam aior.	פַּעַלח
Talisa katana id est, minor ternarius *Thalsa id est eradicator.*	פַּעַל
Pazer gadol id est dispersor magnus	פַּעַל
Pazer Caton id est dispersor paruus.	פַּעַל
	פַּעַל
	פַּעַל
Athnachta vel Ethnachta sachpa.	פַּעַל

Hic accentus primã dictionis sedem tantum occupat nisi bis ascribatur vide suo loco lib. 2.

CATALOGI APPENDIX PRIMA

cur variè tradita sit accentuum series.

O*Mnes itaque accentus numero ascribuntur in hoc nostro catalogo 33. Quorum* Elias 30. *enumerat.*Reuchlinus *verò ac alij periti viri minori numero contenti, mætheg & maccaph &c.* Rhetoricos *appellant: quos homines nonnulli sanè docti (quòd nec illi reges, neque ministri sint) inter accentus annumerare nolunt.* Elias *verò, accentus minores* Mætheg & *maccaph & similes dicit esse.* Nos *verò vtrunque authorem, simul &* Pagninum, *ac* Abramum *à balmis sequuti tot numero colligimus accentus*. Nec *apud omnes scriptores, figuras easdem reperies,* Capniō *enim karne para, quod & ab alijs pazer gadol dicit nominari, dissimilem figuram ab ea, quam notauimus depingit.* Sanctes *autem pro ipso eodem, diuersam scribit.* Item תְּרֵי טַעֲמֵי *duo accentus vel duplex kadma, aut duo pastin, sic aliqui describunt.* פָּעַל *reperiuntur* & *alia multa diuersa sententiæ, quas longum esset in mediū afferre.* Nos *igitur eas notulas depinximus, quas apud correctiores biblicos libros īuenimus, ac easdē à maioribus doctissimis præceptoribus accepimus*. Quæ*sieris autem fortasse cur tot opinionū diuersitates, cur accentuum numerus, apud varios grammaticos* Hebræos *variè statuantur: nanque &* Græci *suas prosodias,* & & Latini *suos accentus æquali numero ferè omnes cōprehendēre.* Cum *autem, de literarum numero & ordine*

ne cuncti Hebræi, velut ore vno loquatur, cur inuenti sunt vix vnus & alter, qui accentus enumerando consentiant? dixerim ad ista sanè, grammaticos nonnullos, interim propter synonima potius, quàm propter rei varietatem (dum accentuum seriem disponunt) discrimen facere. siquidem aliis atque aliis nationibus, non eodem accentus nomine vocantur, vnde & in numerando differentia surrepsit: Nam & *Hispanus* & Gallus *aliter, & aliter* Germanus *accentuum catalogũ digerit, vtq; nationum diuersarum consuetudo minimè interposita sit, tamen alij eos, qui in tribus libris* אמת *id est* Iob, *parabolarum,* & *psalmorum, præter vsum reperiuntur, adnotarunt, aliqui eosdem quòd sileant ibi, ob uersiculorum decurtationem prosodiarum leges, consultius omittunt.* Ex *quo fit vt non eadem ab* Hebræis *series tradatur accentuum, vt ne illud reticeam, hinc quoque discrimen proficisci, quia aliquos ex accentibus figura alioqui similes, ratione loci & situs nonnulli, quod facere alij negligunt, distinguendos putant.* Ad *hæc ratione synonimorum confunduntur quidam accentus, vt dictũ est, nonnulli verò propter nominis eiusdem communionem.* Nam *& nomen* Mætheg *attribuitur & ipsi gabiah, & nomine gheres præter eum, quem notat accentum, significatur interim gabiah.* Præterea *&* Maharich *appellationem communem ipsi* Mætheg *aliqui esse volunt.* Adde *quòd nonnulli tantummodo grammaticis accentibus tractant, nempe quoniam ij soli syllabam indicent eleuandam.* Nos *verò* Capnionem *sequuti etiam*

rhetoricos amplecti voluimus, syllabis quippe accidunt & fieri aliquid circa ipsas debēre ostendunt: quod præscriptæ superius finitioni cōsentaneū est, poterit quis si voluerit aliam definitionem à superiore sibi fingere,
Cap. 2. in fine. *& quos malueritaccentus in ipsa cōprehendere.*

SECVNDA APPENDIX DE FIGVrarum *distinctione.*

SEd *institutum sequamur,* Horum *igitur accentuum, quos in catalogo scripsimus, tres signantur pūctis, at.14. recti lineisunt, &.9. curuilinei, denique.7. mixti: quorum omniumfiguras, si attenderis, tuis iam conspectibus expositas, breuiter indicabo.* Reuiach *quadratus est pūctus, zakeph kathō quasi sceūa, segola vt segol obuersum est:* Atq; *hæc quidē quæ punctulis: sequūtur quæ lineis protrahuntur.* Duo *puncta quæ sequuntur soph passuc, non ipsa accētus, vt opinantur quidam, sed accentus indicium, id est præcedentis virgulæ in neutram partē inflexe.* Sed Mac*caph quod in vtrunque latus æqualiter decumbit, transuersæ lineæ figuram habet.* Cæter*ùm tiphcha &* Mea*iela consimilia inter se videntur, nisi quòd situ dissentiunt: vnde* Meaiela, *&* Mercha Pe*sutah, &* Gheres, *quialineam côdem vergentem vsui habent, communem quoq; inter se figurā potius quàm cum tiphcha habēre censemus.* Sicut *econtrario tiphcha, pastha, & kadma, figura planè & situ consentanea sunt, nisi quòd hoc magis.*

gis inclinatum cernitur. Porrò Gherasim quasi duplex Gheres, vnde hos duos accentus pro vno enumerãt nõnulli. Atque eos quidem subrecti lineis ritè contineri volumus, licet argutiori cuipiam sit obiectandi locus, rectas lineolas perperam hic appellari: quarum per breuißimam viam puncta omnia non fluxerint. Sed vt præclarè philosophus ait ἀκριβὲς οὐκ ἐν πᾶσιν ζητέον. *boni consulat igitur. Neque enim nobis hoc loco excurrere libet. Ad curui lineos enim veniendum est accentus. Quatur Sopharim, id est cornua, prope eandem figuram habẽt quæ speciem refert literæ,* ג, *nisi quòd sit minor & Mahpac cæteris obuertitur, à quo Iethib figura nihil differt, nisi quia paulò est minor. Ierach ben iomo lunam vnius diei, quod nomen significat satis aptè exprimit. Zarka figura est, quæ à fine ad mediũ dictionis, vsq; ad penultimam progreditur Character darga persimilis est notæ, qua quinarius apud arithmeticos notari solet. Delineamentum scalsceleth, quasi lima ferri, vel iuxta nominis etymologiam, similitudo catenæ. Sed iam percurramus eas quas supra esse diximus, mixtas prosodias. Gemini Telisah & Tarsa figuram instar circuli, quam baculus attingit, obtinent. Signum karne para cornua vaccæ quòd figuram habeat similem interpretatur, non tamen vbique tali interpretationi figura correspõdet. Secundũ alios, vt Reuchlinus refert, hic accẽtus pazer gadol vocatur. Pazer velut parua nota hostes percutiens videtur. At zakeph gadol, ipsi paruo, addita lineâ perficitur, figura Tebir est virgula incuruata spectans in*

 latus

latus sinistrum, in cuius medio punctulus est. De Atnach nihil apertius dici potest quàm quòd sit quasi furculæ delineamentum eò quòd in semicirculi eminentiore parte contiguus emineat punctus. Oppositas verò *accentuum notulas, quod quidem ad memoriã & discrimen huiusmodi minutiarum facit, proponamus, vt opposita, quod vulgo iactatur, è regione sui posita magis elucescant. Sunt autem hæ* ·מֻנַּח מְהֻפָּךְ. פַּשְׁטָא גֶּרֶשׁ
·פְּשׁוּטָה מֵירְכָא. טִפְחָא·מְאַיְּלָא קַדְמָא *Quæ autẽ similitudinem aliquam habent, in catalogo mutuo se consequũtur, ideoq; seorsim eas annotare non oportere iudicaui. Has ergo appendices, inspiciendo, lector, aduerte interim ad figuras, quæ in catalogo descriptæ sunt.*

TERTIA APPENDIX, VNDE MVLtiplices figuræ accentuum.

P*Orrò aũt satisfacere tibi, lector, indisquisitionibus illis, quæ me aliquãdo torserũt, hoc loco statutũ est. Primũ itaq; hîc non dubito quin tacitus apud te requiras, quorsum tot figuras accentuum cõminisci oportuit? Poterãt enĩ, dices, tribus figuris, vel aliquanto pluribus eorum exprimi officia. minimè verò, nam musicorum multiplex concentus, multiplices exigebat notulas, quibus biblicas lectiones in sinagogis suis Iudæi modularentur. Hinc multiplicatus est musicorum, ac proinde grammaticorum accentuũ numerus: vbicũque enim ille, ibidem & hic residet, paucis bibliorum*

rum versibus, vt Reuchlinus *asserit, exceptis: quoniam musicorum notulas cum proprias non haberent vsurpauêre grãmatici, qui alioqui, virgula erecta, vt videtur, infrà vel suprà notata contenti esse potuissent: sed vsurpandi occasionem dedit congruus iste cõsensus inter ipsos, quò & vbicũque musicus cantillandum duceret, ibi syllabam grammaticus eleuandam censeret.* Excipe *tamen quosdam accentus, qui diuersam interim sedem à natiuo occupant, qua de re fusius alibi nempe c.3. huius lib. & lib. 4. Ne lateat autem nos, studiose lector, tantũ in sacris quatuor & viginti libris, hoc est in bibliis, has musicas notulas in locum natiui accentus suffici solêre, neque enim in reliquis authorũ monumẽtis aliud quàm virgulam rectam, quæ locum naturalis prosodiæ repræsentet inuenies, quàm nos quoque methodum in quarto libro persequimur: id quod fit, vt hoc iudicio coniectes, quænam, cæteris depræssis, syllaba extollenda sit, & hebraicæ prolationi quisquis huic initiatus es, assuescas facilius.*

APPENDIX QVARTA, QVO DIscrimine accentus, qui figura consentiunt, separari queant.

F*Orsitan & illud intelligere desideras, discendi auide lector, cur prosodiarum diuersarũ sint eædem figuræ: tibi verò scrupulum omnẽ certum est adimere.* Eos igitur *accentus, qui figuram vnam communem habent, vel loco vel situ vel colloca-*

tionis habitudine separari compertum est: vt, qui eiusdem figuræ sunt participes Mætheg & Gabaia hoc discrimine secernuntur, quòd hic nusquam sine scæua depræhendatur cui illud omnino annecti nequit. Distinguitur autem ab illis Sophpassuc, quòd ipsum hæc duo puncta: perpetuò sequātur, & ab hisce tribus, legarme, & pesik, quod post dictionis finem collocentur. Rursus, hæc inter se discrepant, quòd venire assoleat legarme post Munach, vel iasar: pesik verò inter duos iesarim, interponi gaudeat. Item ab omnibus dissidet Maccaph, quòd in latitudinem productum sit. Gheres autem & Merca pescuthah situ diuerso facilè dignosci possunt: siquidem ille supra dictionem, hic infra notari solet, & ab vtrisque Meaiela, quanquam eadem figura signatur, & eundem cum posteriore situm obtinet. Seiungi hoc discrimine potest: quòd hoc in penultima tantùm, illud in vtraque postrema sedem sibi vendicat: idem & à Tiphcha secernitur, quòd ipsum nunquā sit sine Athnach, vel sophpassuk, vel altero thiphcha proximè sequentibus Gheres pariter & Gherasim differunt, quia illud semper in motione prima, hoc verò in postrema locatur. Item quòd illud simplex, hoc duplicatum sit, Reuchlinus tamen pro vno accentu ambos computat: quod etiam Sanctes facere videtur, sic ferè differt kadma à thiphcha ratiōe situs, & quòd kadma videtur magis & pastha seu pascth ab illis, quòd sit breuius aliquanto & tantum dictionis vltimam occupare natum sit. Porrò Gherasim & Merca chephulah, etiam si aliâs dignosci

queant

queant, certè hac sufficiat differentia secernere, quòd situ euariant. Sequuntur Iethib *&* Mahpac *quorum prius in capite dictionis ante omnẽ pũctorum adpræhensionẽ subscribi solet, illud in calce & medio post motionem.* Post *hos autem in catalogo se offerunt, ad curui linearum quoque genus expectantia,* Munach, Hilui, *&* Mecharbel, *cum quibus* Iethib, *&* Mahpac, *ferè conueniunt figura: attamen quia sibi obuerso situ opponuntur, seiungi facilè possunt: & hi omnes à* Ierachben iomo, *quoniam semicirculus ille diuersus quodammodo aliter iacet.* Cæterùm *trium quæ parere perplexitatem possunt, nempe* Munach, illui, *&* Mecharbel, *tibi hæc sit distinctio. Communis enim horum figura, si præcedat accentum* Athnach, *vel zarka, sortitur nomen hillui, si præcedat zaceph, & in secunda ponitur eandem appellationem retinet, quòd si describitur in prima dictionis eius, quæ præcedit ante zaceph,* Mecharbel *vocatur, alias dicitur* Munach: *quæ quidem nominis diuisio, à plerisque neglecta,* Meritò *superuacanea videretur, nisi musici concentus, vna cum diuersis appellationibus immutarentur.* Porrò *autem* Telisah, *& tarsa, manifestũ habent discrimen: prius enim in principio tantùm, sicut posterius in fine duntaxat subscribi solet.* Reliqui *omnes accentus permultum inter sese figurarum delineamentis discrepant, at destinguendi tamen ex ipsis, tres adhuc supersunt, non quidem hi ab accentibus, sed à legẽdis apiculis illis, quorum figuram referunt. Sunt verò illi, quos punctulis designatos in fronte catalogi præfiximus,*

ximus, quorum in primis Reuiach differt à cholem, quia scribi soleat hic accẽtus super mediovertice elemẽti, cholem verò citra literam, quæ in ipso quiescit, tum etiam quia crassius est Reuiach, vt asserit Elias, & idem quadratum esse debet, vnde & hoc ipsius nomen רְבִיַע *Reuchlinus quadrum latinè vertit, alij verò idem quòd imminens sonâre malunt. At zakeh katon, tam apertam differentiam habet à sceua, vt superfluum putemus indicâre, nisi à doctis grãmaticis factũ idẽ cõstaret. Illud igitur superscribi, hoc scribi solet: deinde hoc soni aliqd sæpe habet, illud quippe cum sit accentus, non efferẽdũ aliquem sonum, sed syllabam accuendam indicat. Sic etiam segolta supra dictione, sed segol infra ponitur. Præterea, figura illis, vt Elias notat, quasi econtrariò descripta est, nam segol in medio duorum punctorum, apicem infra scriptum habet, quo segola super imposito gaudet. Quæ omnia in catalogo patent. Hæc satis de distinctione figurarum.*

Elias sectione. 5. Reuchlinus. lib. 3.

APPENDIX QVINTA DE LINEAMENTIS ACCENTUUM, *de locorum & situ, denique de ipsorum collatione.*

PRæter hæc, quæ adducta sunt, sedulus inuestigabit lector, cur hac, illáue figura signetur accentus, cur talem locum occupent, tali situ gaudeant: cur hũc ille præcedat, hunc sequatur ille: aut contrà. Ad hæc cur tali appellatione uocitetur, & quæ-

nam sit singulis attributæ appellationis ratio. Atqui *respondêre istà quæritantibus ita sanè liceat.* Primùm *quo ad figurarum delineamenta spectat, hæc quidem à musicis inuenta, iuxta inflexionem toni musici, quē repræsentant, esse designata: concentus enim quem* Darga *indicat, consonus est quodammodo cum ipsa notula: &* Maharic *nomen, figura, & cautio; ad sese inuicē alludunt. Sic zarka cantillationi suæ figuram adsimilem habet. Ad hæc karne parah propter similitudinem duorum telisoth, duplici quoque eorundem tono cantillatur. Atque ita de aliis discendum apparet, proinde non abs re existimat* Kalonimus, *ex dictionum cantione musica accentuum proprietatem dignosci quodammodo posse, siquidem concentum harmonicum musicæ notulæ imitantur: sicut literarum elementa respectum ad vocem quam referunt habere cernuntur.* At *si quando huic rationi locus non erit, officium accētus prætenderim quidem, vt de* Maccaph *dicendum lineam directam, quæ hoc positu se habeat vocabulorum copulationem nō incommodè ostendere: sin ne hoc quidem satisfaciet, inuētorum voluntas fuerit euocanda.* Quòd *si loci vel situs ratio quæratur, hinc commoditas, inde differentia obiectāda fuerit: sicut de* Athnach *& soph passuk excogitauit* Elias, *quia motiones immutant, idcirco illis decēter adscribi.* Præterea *de* Iethib *probabili ratione differit ipsum ante apprehensionē punctorum in capite dictionis constitui solère, ac propterea subtus notari.* Itidem *inter telisah, & tarsa, ideo loci discrimen est, quia figu-*

E ræ

ræ eiuſdem ſunt, vnde diſtinctionis cauſa principalē vocabuli ſyllabam hic occupat, ille ſibi finalem depoſcit. Idem eſto iudicium de Paſta *&* Kadma, *quæ diſtrabunt eandem figuram, ſed loci differentia ſeiungũtur.* Et *nos ſuprà de huiuſmodi pleraque iam diximus. Quòd ſi interrogemur, cur hunc ſequatur ille, ille hunc præcedat: aut contrà, cur hoc illis, illud aliis officium attributum ſit: tum accerſenda pro ratione autorum voluntas, vt iã dixi, videbitur.* Q*uod ſæpiſſime in ſermocinalibus diſciplinis, ac præſertim in re grammatica fieri ſolitum eſt:* Atque *ita ſentienti fauebit* Eli*æ doctiſſimi autoritas, qui apiculorum inuentores pro arbitrio iudicióque ſuo collocauiſſe accentus putat, neque eſſe percontandum cenſet, cur poſuerint aliquando zarka, & aliquando* Pazer, *vel* Reuiach, *atque ita de reliquis.*

APPENDIX SEXTA,
De nominum etymologia.

S*Vper eſt denique inditi cuilibet nominis ratio inquirenda, quò plenior accentuum cognitio haberi queat.* Et *quidem certè videatur primum vſurpato concentui figuram quadam imitatione cõſonam, deinde ipſi figuræ nomen accommodatum extitiſſe.* Sed *quò id eluceſcat magis, eos ordine quo deſcripti ſunt, ſingulatim notemus.*

1 R*euiach quadrum ſonat quia vt punctum quadratum ſignabatur, iam verò vſus aliter obtinuit.*

Zakeph

Zakeph Katon id est erectus, sic dicitur, quia punctulus vnus alteri directè supponitur. 2
Segoltha deductum est à Segol, propterea quòd ad figuram eius alludit. 3
Sic Maccaph colligamentum significat, quia dictiones vt ὑφὲν apud græcos, & subunio apud Latinos colligâre natum est. 4
Metheg hoc est retinaculum, siue frænum ab officio appellationem accepit. 5
Gabaia quoque id est mugitus ratione obsequij, quod præstat, tale nomen sortitum est: quippe hiatum vocalium facit. 6
Soph passuc id est finis versus, quoniam periodum absoluit, sic rectè inscribitur. 7
Legarmeh solitarium sonat, quia solum id temporis distinguit, Munach quo Legarmeh post ipsum: alij vertūt, nec minus commodè, perfectum, talis quippe in Legarmeh desinit sensus. 8
Pesik quoniam vocabulis interiacet, separandi causa, vt pote quod hypodiastole græcorum respondet, diuisoris obtinet nomen. 9
Gheres expulsor, quia baculi est instar abigentis. 10
Meaiela sonat subulinum, quòd subulū habeat formā. 11
Sic Mercha Hastile cuius formam quoquomodo refert, nisi velimus hac dictione idem significari, atque per Maarich, quod illi nomen obtigerit ob tonum eius simplicem & productum. 12

13 *Tiphcha id est palma, vel Tarcha labor, nominis istius
ratio, non satis cognita est.*

14 *Verùm ipsi Pasta ab extendo, quòd syllabæ quasi exten-
dantur appellatio defluxit, quòd certè nominis etymon
magis quadraret ipsi kadma, maximè enim inclinatur
& dictioni superscribitur, sed hic iam aliud sibi vendi-*
15 *cauit, dicitur enim alio nomine Azla id est ambulator,
quia progredientis in modum se habet, & hoc suo Cad-
ma id est antecedens, quia præit obsequium præstando
ministris.*

16 *Gherasim id est expulsores, quòd baculorum instar qui-*
17 *bus aliquis propellatur se habeant:* Markachephula *id
est* Hastile *vel productio gemina, de quo in* Marcha pe
*suthah: vocatur etiam thren huttrin à forma, qua pin-
gitur.*

18 *Iethib alias sophar mukadam id est præpositiuum cor-*
19 *nu,* Mahpach *tuba inuersa.*

20 Munach *cornu repositum iuxta delineamentum figuræ,
sophariasar id est cornu rectũ, & sophar holech id est
incendens, heued moselim id est seruus dominorum, he-
ued mesartim, hoc est seruorum seruus.*

21 Hilui *exaltatum cornu à tono, vt videtur, quo etiam dif*
22 *fert à* Munach, *& propterea diuersa ipsis appellatio
contigit, sic licet eadem vtriusque notula.* Mecharbel
*id est cornu sustinẽs, subauditur enim ferè cornu in istis,
non satis manifestam habet etymologiam.*

23 *Ierach ben iomo secundum nomen eius, sic & character
ipsius, quia est velut luna vnius diei vtpote figuram ha-
bens*

bens ſemicirculi.

Porrò zarka aſpergendo nomen inuenit, ſuprà dictio- 24
nis ſparſus quaſi & extenſus ſit: nempe à latere ſiniſtro
in dextrum productus dictionis media pertingit.

Darga quod idem vocãt ſophar galgal, id eſt cornu ro- 25
tæ, ſonat gradum cuius formam imitatur: cuius comes
ſcalſceleth id eſt trium graduum, ita dicitur, quia hos v- 26
trunque repræſentat, tametſi aliqui vertunt catenam,
quòd ad ſimilitudinem eius modo quodam intortum ſit.

Teliſcah aliis eradicator, aliis ternarius magnus trãſ- 27
fertur: hoc fortaſſe inde illi cõſonum, quia ſæpius in an-
tepenultima, quæ à fine tertia eſt, conſtituitur.

Tarſa autem alio nomine dicitur teliſa ketana terna- 28
rius minor, vt ſit diſtinctio à maiori teliſa, cũ quo alio-
qui figura conſentit.

Karne parah cornua vaccæ ob rationem figuræ attri- 29
butum eſſe nomen quis non ſubol fecerit huius figura di
uerſa inuenitur, ſicut & quorundam aliorum.

Pazer id eſt diſperſor, quia velut parua nota hoſtes 30
percutiens videtur.

Zaceph gadol, quia non ſolum puncta, ſed linea quoque 31
ſurrigitur ad differentiam parui, quòd duobus punctis
tantum ſignetur, ſic vocatur.

Tebir, frangens, nec facilè notationem ipſius quiuis 32
indicet.

Athnach pauſator vel ſuſpirium aptè appellatur, quòd 33
vbicunque ſit reſpirare & lectionis moras facere ad-
moneamur. Hactenus *de etymologia.*

 Appen-

APPENDIX SEPTIMA, ET VLTIMA, DE POLYONYMIS ET HOMONYMIS, ac rursus de loco, & situ.

Duertendum autem est nominibus plerunq; A diuersis, vt in catalogo descriptum est, vocari accentus: & eos, qui vnico contenti sunt, variè cōuerti: sed interim iuxta veriloquium, aut ad figuram, aut officium, aut denique tonum alludendo: vt Soph Passuc, *aliâs* Silek *vel* siluk.*i. summa dicitur, quod versuū (idē enī* Latini *de periodo dicūt) cōpræhēsio fit.* At Scalsceleth *parti nominis eiusdē interpretationē diuersam habet, alij enī catenā, alij triplicem graduū vertūt, partim nomen quoque variat, dicitur enim ab autoribus* Masoreth Marim, *quoniam sit ipsius cantilena resonans.* Sic Mercha *pesuthah vocatur itidem* Maharich *à producta voce, similiáque illis non pauca. Cæterum locus & situs spectanti cuiusse offerunt vt hic repetere superuacaneum sit, nisi id quoque inculcare libet, duas figuras, cùm vtrinque ponuntur, in dictione* פעל *vltimā quādoq;, & quādoq; penultimā occupari ab illo accētu: quódque figura, quæ in antepenultima adscripta est ī dictiōe* פעלה *soleat semper collocari in prima, quātacūq; sit dictio quin & hoc prædicere ob sequentia necesse est,* Milrah *dici accentum in vltima sed* Milhel, *qui alibi locatur, de quibus copiose differemus in quarto libro, in quo aliter accipiuntur* Milhel & Milrah *quàm in his tribus libris: illic enim non iam notulas sed vocabuli cuiuslibet tenorē consideramus. Sed iam trāseamus ad librum secundum.*

FINIS PRIMI LIBRI.

LIBER SECVNDVS DE GRAMmatico accentu, & eius definitione ac vtilitate, quam præſtat Cap. I.



Vantum commoditatis adferat cognitio grammatici accẽtus, non modo doctiſsimorum hominum teſtimoniis, ſed rationibus quoque ipſis approbari poteſt. Cùm enim ſyllabæ cuiuſuis tonum inflectat, & diſtinguendi exhibeat obſequium, conſequitur nimirùm, vt quemadmodũ, ob illius ignorantiam, nec pronunciare ſyllabam decenter, nec intelligere contextum ſacræ ſcripturæ valeas: ſic ex eiuſdem perceptione fideli, magnam vtique facilitatem, & ad intelligendum acquiras, & ad proferendũ. Quæ quidem bipertita vtilitas quanquam innumeris propè autorum ſententiis, quæ huic loco argumenti fidem adferre queant, æſtimata, magno apud omnes cõſtare debet: vnum tamen duntaxat, prolixitatis vitandæ cauſa, citauerim, Hebræum videlicet in primis illum qui de hoc accẽtu, quatenus ſyllabæ tenorẽ ſubindicat, ſcripſit hos verſiculos כַּתֵּיבָה בְּלֹא טְעָמָה׃ כְּמֶלֶךְ בְּלֹא עֲטָרָה *ad verbum, ſicut dictio ſine accentu, ſic rex ſine corona. Quapropter nequaquã negligẽda eſt multiplex pſodiarũ Hebraïucarm vis & facultas, præcipuè verò hæc percipiẽda eſt quã præſtãt, quãdo vel orationis ambitui limitem*

limitē definiunt, vel ipsam particulatim in cola & commata disterminant: quæ quidem cognitio tanti esse videtur vt cum optimis quibusque commentariis conconferri posſit. Ex hac etenim vtili cognitione & resumendi anhelitum vbi decet, industriam, & sensus perfecti, pariter & imperfecti, intelligentiam exactā assequimur. Cōueniūt autē inter se omnes grāmatici Hebræorum accētus, quòd eò ponātur, vt vox ipsa resonet eminentior, sicut musici, vt melodiā quandā indicent canendi peritis. Cæterùm illi ratione proprij muneris bifariam dirimuntur: quippe horum alij sunt reges & alij ministri: & reges quidem dicuntur, qui orationem vel diuidunt vel eidem terminum præscribunt. Ministri contrà, qui ipsam continuant regemque in legendo præcurrunt: sic tamen vt non syllabæ immorandum, sed eam celeritate quadam proferendam ostendāt. Verùm nec in his officiis reges & ministri se æqualiter habent, vt sequentibus secundo & tertio huius libri cap. & multis aliis locis manifestum est. Hæc igitur omnia quæ quàm frugifera & necessaria sint, apertum omnibus est, grammaticus accentus præstat: qui ex prædictis sic definiri potest: vt sit accētus grammaticus: qui eleuationē distinctionemque facit. A musico differt, nō figura quidem, quæ eadem vtrisque inseruit, sed diuersitate obsequij: ille enim tenore quodam syllabas inflectit, hic verò modulatione harmonica continuandas mōstrat. Horum attamen inter se ea est conuentio, & quasi contractus, vt vbicunque sit musicus tropus, ibidem

Definitio grāmatici acccētus.

locum grammaticus accentus requirat: quanquam non sum nescius Capnionem, nescio, quos pauculos versus excludere: vnde non dubitauerim asserere, cuncta rimãdo, pro ratione grammatici toni musicum fuisse adhibitum. Ex quo factum est facile, vt modulorum tropi in vsum etiam grammatico postmodum successerint. Nec inficior equidem, quin, vt toni, sic etiam soni, & cantionis Moses author extiterit: dixit enim post transitum maris caricosi, quod idem rubrum dicitur, cantemus domino, vel potius iuxta Hebraïcam veritatem, cantabo domino & cætera. Sic enim habet Hebraïcus cõtextus
אָשִׁרָה לַיהוָה כִּי־גָאֹה גָּאָה סוס וְרֹכְבוֹ verùm si de figu- Exod 15.
ris habeatur sermo, has, perinde vt puncta, ab authoribus Masoreth inuentas primùm, vt musicis inseruirent, ad syllabæ postea simplicem enunciationem traductas arbitror extitisse. Sed de his satis superque dictum est suprà, cap. 1. primi lib. Musicorũ autem ac proinde grãmaticorum notulæ illæ omnes, quæ in catalogo signatæ sunt, tribus exceptis, quas rhetorico reliquimus, communes habentur. Has igitur omnes, series perscripta facile indicabit.

שְׁמוֹת כָּל הַמְּלָכִים						שְׁמוֹת כָּל הַמְּשָׁרְתִים		
Nomina omnium regum.						*Nomina omniũ mini-strorum.*		
1	סוֹף פָּסוּק	א:	10	פְּסִיקִ׀	א׀	1	מוּנַח	א
2	אַתְנָח	א	11	לְגַרְמֵיהּ׀	א׀	2	עִלּוּי	א
3	זָקֵף גָּדוֹל	א	12	גֶּרֶשׁ	א	3	מְכַרְבֵל	א
4	זָקֵף קָטוֹן	א	13	גֵּרְשַׁיִם	א	4	מַהְפָּךְ	א
5	תְּבִיר	א	14	יְתִיב	א	5	מַאֲיְלָא	א
6	תִּפְחָא	א	15	זַרְקָא	א	6	מֵירְכָא פְּשׁוּטָה	א
7	רְבִיעַ	א	16	פָּזֵר	א	7	מֵירְכָא כְּפוּלָה	א
8	סֶגּוֹלְתָּא	א	17	קַרְנֵי פָרָה	א	8	קַדְמָא	א
9	פַּשְׁטָא	א	18	שַׁלְשֶׁלֶת	א	9	תַּרְסָא	א
			19	תְּלִישָׁה	א	10	דַּרְגָּא	א
						11	יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ	א

DE ORDINE ET VTILITATE *regum & ministrorum,* Cap. II.

Figuras accentuum memoriæ insculpendi causa, iteratò adscripsimus: idque tum ad nomẽ, tum etiam iuxta literam א. *Ministros autem hoc ordine digessimus vt præcedant quinque cornua, quorum vltimum est Meaicla, quod tubæ formam iam non habêre videtur. Deinde duos qui à,* מ, *litera incipiunt*

unt iſtis ſubnectimus. Sequuntur poſtea quatuor reliqui ſuo quilibet ordine conſtituti. Neq; *verò ſimplicẽ vtilitatem ex regum ſerie percipi voluimus, eò nanque ordine diſpoſiti ſunt, quò magis minúſue diſtingunt: vnde perſpicias facilè, qui reges habeantur parui, & qui magni:* Porrò *magnum hîc ratione diſtinctionis maioris conſideratur.* Hoc *quidem loco notandum eſt reges quoſuis ex æquo derogâre regulis literarum* יחוא*: eandemq́ue in pauſando virtutem habêre, vt aliorum verbis dicam, quos ſic explico: nolunt quippe intelligi omnes proſodias eodem modo diſtinguere, cum aliæ diſtinctionis, aliæ ſubdiſtinctionis, aliæ finalitatis ratione ponantur: ſed tandem vnicuique vna vis eſt, vti ſententiam ſeparent à ſententia, quod apertius* Elias *dictat.* Omnes, *inquit, derogant regulis* יחוא Sed *differunt in moram faciendo, orationemq́ue in pares partes diuidendo, quotquot igitur magis diſtingunt hos cenſeo magnos grammaticis, ſed paruos muſicis appellari decêre.* Talis *enim inter illos, hac quidem in parte controuerſia intercedit, vt ferè quanto ſunt maiores in muſica, tantò minores inueniantur in re grammatica.* Exemplo *ſit* Salſeleth, *cuius tonus altius extollitur præ tono reliquorum regum, ſuperatq́ue duo* Pazer*: minus attamen quàm* Pazer *ſeparare depræhenditur. Sic ipſius* Teliſah, *qui tantum non miniſtrat vox ipſa alta & ſublimis.* Carne *parah quoque æquiualet cantioni vnius* Pazer*, & duorum* Teliſoth, *vix tamen cernitur diſtinguere, de quibus plus ſatis.*

QVOMODO FVERINT ACCENtibus biblia distincta. Cap. III.

Sicut in superioribus dictum est authores Masoreth vocum & distinctionum signa, in singulis versibus, collocauerunt: quibus ista notandi ratio progressus'que fuit. Principiò siquidem intellexerunt per traditam cabalam, in quibus vocabulis soph paßuch constitui oporteret, & subiecerunt duo pũcta subalternatim posita praecedente lineola perpendiculari sic: בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת־הַשָּׁמַיִם וְאֵת־הָאָרֶץ׃ *deinde considerarunt, vbinam media sentẽtia distinctionem flagitaret & asciuerunt* Athnach. *Postmodũ aduerterunt, quot subdistinctiones interessent à principio versus, vsque ad* Athnach, & *ab* Athnach *vsque ad soph passuc: atque pro ratione singularum inseruerunt reges maiores, aut minores: quos ministris, si opus esse visum est, praefecerunt: zakeph vtrunque regem, post illos praecipuum in distinguendo fecerunt: vnde & eius interuẽtu motiones variantur: omnis itaque versus Siluk admittit: sed Athnach vel zakeph non itidem: vt si subdistinctio, seu comma, non autem colum in oratione reperitur, neutrum è duobus illis adhibuerunt: sed loco Athnach supposuerunt ipsum* Tiphcha *ministris quibusdam hîc illic interiacentibus.* Breuißimus *autem versiculus habet* Marcha, *quod ministrat* Tiphcha, *quod ꝓximè consequitur Siluk: at verò productum soph passuc &* Athnach *praecedente vtrinque* Tiphcha, *intercipe-*

re

re solent. Et siquidem prolixior aliquantò extiterit, obtinet alterum ex zakeph, aut tebir, aut pastha & similes reges. Quòd si obtulerit se lõgißimus versus, interseri in illo possunt etiam tres magni reges, quales sunt Pazer & *zarcha, & alij consimiles.* Atque *hæc quidẽ omnia in uno & viginti libris obseruari inconfesso est: in psalmis verò,* Iob, & *prouerbiis, quẽadmodũ dictũ est lib.pri. peruertuntur canones isti vt sit absurdũ aliquos versus, exẽpli loco, petere ab illis. Deniq; & hanc regulã obserua qua docet* Elias *versus aliquot absq; athnach, sed sine* Tiphcha *nullũ inueniri.* Atque *hæc scilicet de pausis quas faciunt accentus deq́ue bibliorum distinguendi methodo, haud præter rem tradita, tibi accepta sint.* Cæterùm *admonere visum est hoc loco* Hebræos *admirandi aut interrogandi puncto destitutos esse, sed loco illius* ה *quæsitiuum vsurpare vt* Ezechielis 22. הֲתִשְׁפֹּט *nunquid indicabis? qua de re fusius in nostris institutionibus.*

DE VARIIS ACCIDENTIBVS, ET *duplici distinctione regum & ministrorum numero, quem quisque asciscit.* Cap. IIII.

I*Am quæ regibus inter se communia, quæq́ue item ministris egimus. Posterius verò de singulis agam singulatim. Ac primũ illud quidem dicendum occurrit, quosdam è regibus interdum nõ distinguere, vt rex zarka, quem perpetuò sequitur se-* Quando que reges non distin gũt Elias. sectione

gol diſtinctionis officium nonnunquam in illud reiicit, vt בְּשַׁלַּח פַּרְעֹה אֶת־הָעָם *Exo.3 cuiuſmodi facit etiam Pazer, vtpote quod ſua ſequenti munia demandat, vt* כָּל אֲשֶׁר *omne quod, nulla quidem diuiſio eſt in* כָּל. *Quin etiã ſcalſceleth prorſus idẽ facit, vt* וַיְמָאֵן וַיֹּאמֶר אֶל אֵשֶׁת אֲדוֹנָיו *diſtinctio vt ex ſenſu coniectes, in vocabulo* אֲדוֹנָיו *poſt ſcalſcelet facienda eſt. Idem quoque iudiciũ ſubit Karne parach, vt Eſter. 7.* אֲשֶׁר עָשָׂה הָמָן *id eſt quæ fecerat Amã. Atque cùm ita ſit, nihilo ſecius aſſerit Elias tantum ſcalſceleth miniſtrâre, cui ſi obiicias, lector, nõ diſtingũt zarka & pazer, quãdo reiiciunt officium ſuum in regem alium, ac proinde miniſtrant neget ſequi propterea: eſt etenim diſtinctio duplex, qua ſcilicet inter ſententias & qua inter literas* אהוי *diſtinguitur, quarum poſteriore pollent vbique omnes reges præterquam ſcalſceleth, priôre nõ item, ſicut coniicere licet ex hoc exemplo Eſdre 9.* וּבְמִנְחַת הָעֶרֶב קַמְתִּי מִתַּעֲנִיתִי וּבְקָרְעִי בִגְדִי וּמְעִילִי וָאֶכְרְעָה *Hoc eſt & in ſacrificio veſpertino ſurrexi ab afflictione mea, & cum ſcidiſſem veſtem meam, & tunicam meam curuaui me. Quo in verſu athnach nõ diſtinguit, ſed diſtinctio fit per zakeph kathõ ante & poſt ipſum athnah quod euenit rariſſimè ideóque notatu dignum cenſuit Franciſcus Vatablus regius profeſſor digniſſimus cùm hunc locum interpretaretur. Porrò miniſtri uicem regem obîre non poſſunt, neque item miniſtri ſine regibus valent adhiberi. Contrà reges carêre miniſtris accidit, præſertim cũ in principio verſus aut poſt Athnach*

nach proximè ponuntur, vel post alios quosque reges, quemadmodum fusius exponam, quando ad naturas singulorum explicandas peruentum fuerit. Et *omnes quidem regios accẽtus in principio statim inuenire licet exceptis segola, & soph passuk qui neque statim post athnach, neque in prima orationis dictione constitui possunt. Quin etiam tres isti reges zakeph gadol,* Iethib, *& scalsceleth nullibi ministros admittunt. Quotquot autem ministris alicubi egent, plures quam vnum asciscere possunt, dempto soph passuk.* Nam *zakeph, legarme, athnach, &c tiphcha, duos interim habent.* Reuiach *verò tres, zarka & tebir quatuor: telisaba porrò &* Gheres *quinque, pasta denique &* Pazer *sex assumunt.* Inueniuntur *autem ex ministris nullis regibus intermixti* Telisah Ketana, *&* Kadma, *Cadma &* Mahpach, *munach & darga, non quod seipsos consequantur, sed quia simul vni cuidam regi inseruiant. Quid autem per consequi intelligendum sit, sequenti capite explicabo.*

DE CONSEQVIIS ACCENTUUM. Cap. V.

CONsequias *accentuum libuit appellare* Apuleiano *vocabulo, quando iidem accentus iterantur, aut sæpius seipsos consequuntur, hoc verò omnibus nõ accidit, sed his tantũ .s.* Pasta, *pazer, zarka, zakeph, vtrũq; tebir, legarme, & pesic.* Et *tebir quidem pariter & legarme & pasta consequuntur bis*

tantum

tantum, vt habes in locis ipsorum, zarka autem & zakeph bis, vel ter, pazer verò sex vicibus, & in versu quodam octies consequi reperitur, vt reperies vbi explicatur natura ipsorum. Porrò ministri nulli consequũtur, præter Munach *&* Merka. *Est quoque aduertendũ tres reges scilicet zarka, pasta, & segola, geminos collocari interdum, eosdemq́ue interim contiguos sic etiam tarsah ministrum sicut declarabitur suo loco. Sunt autẽ quatuor reges, qui regios quosdam accentus post se exigunt, videlicet omne zarka post se habet segola, & omne tebir, pariter & zakeph gadol, tiphcha, omne verò tiphka, athnach vel soph passuk similimodo quidã ministri propriis regibus inseruiunt, & alij quidem vni tãtum, vt* Mahpac *regi pasta duntaxat, & ierach beniomo tantũ carne phara, alij verò duobus, vt darga, quod seruit ipsi tebir & reuiach &* Merka, *ipsis tiphca & siluk vt postea explicatius tradetur. Cæterùm* Kadma *seruit tribus regibus, & quatuor ministris: insuper minister vnus est, qui sine alio ministro non seruit, quod alibi exactius repetetur.*

DE MVTATIONE PVNCTORVM, *quæ fit ob regios accentus & eorundem diuisione.* Cap. VI.

A*Ccentus qui motiones mutant, quando ipsis accedunt, sunt omnes magni & præcipui, vt soph passuk, athnach, zakeph & aliquando thebir*

tebir, reuiach & tiphka. Qui quando ipsi penultimæ, quam sceua occupauit (quod tantum gabia admittit) adhibendi sunt, ipsum in motionem ex qua descenderat, remigrâre cogunt, vt si ex patach, in patach: quod quidē deinceps trāsiit in camets, vt פָּקָדוּ *pro* פָּקְדוּ *visitauerunt. Et si ex cholē, in cholē, vt* יָכֹולוּ *pro* יָכְלוּ *potuerunt. Si denique ex tsere, in tsere vt* חָפֵצוּ *p* חָפְצוּ *desiderauerunt. Sceua autem, quod ex nulla motione factum est, ferè conuertitur in segol, vt* מֶרִי *pro* מְרִי *rebellio. Motiones quoque paruas quandoque producūt, vt cum patach, vel segol conuertunt in camets, vt Geneseos primo versu primo* אָרֶץ *pro* אֶרֶץ *& Psalmo primo* לֹא עָמָד : לֹא יָשָׁב *& alia pleraque. Aliquando autem vocalium quantitatem non augent, nec sonum permutant, nanque hæc partim quinque, partim sex punctorū nomina priorem motionem in accentibus diuisiuis immutatā retinent scilicet* צֶרֶד חֵלֶק עֶשֶׂב שֶׁכֶם עֵקֶב יֶתֶר *&* נֶגֶר קֶרֶם חֶרֶם אֶפֶר חֶפֶן עֶרֶן נֵצָה נֶרֶר תֶּבֶן מֶלֶךְ *si quæ sunt alia. super est vt eam diuisionem, qua accentus in reges vndeuiginti & in vndecim ministros sumus partiti, comprobemus, etenim dissentire à viris doctissimis videmur, quorum alij plebeios septem alij quinque quos periphrasi appellat,* אֲשֶׁר לֹא מְלָכִים וְלֹא מְשָׁרְתִים *id est neque reges neque ministros qui ab aliis patricij dicuntur: alij duodecim reges statuunt, quia sunt quidam, vt Reuchlinus refert, quibus nulli sunt ministri, & alij quibus tantum vnus. Nonnulli verò septē ministros, alij nouem esse volunt, quod ideo fit quia qui-*

dam consimilia habent nomina, & prolationes pares: vnde ab aliis specialiter, ab aliis numeraliter enumerãtur: ex quo etiam fit vt duo pro vno reputentur vnusq́; in duos secetur. Nos Eliam *sequimur, nisi quòd & hic à nobis differt, quod hos quinque scilicet* Karne para, *scalsceleth, segola, pesik, & soph passuc à regia dignitate censet excludendos: licet enim officium distinguendi, pausandi denique quod maius est licet ministros habeant, quia tamen* Karne para *decies & septies, & scal sceleth solum septies in biblicis libris reperiuntur, itidẽ quoniam segola non nisi post zarka constituitur, pesic quoque quia sine ministro non reperitur: soph passuc item quod in omni versu, idq́ue in fine tãtum inuenitur, hos omnes regio honôre priuandos esse iudicat, nos verò aliquo fauore eos priuare veremur, regum enim munia præstant.* Iam *ergo ad vtilißimam singulorum accẽtuum explicationem iuxta præscriptum ordinem accedamus.*

SEQVITVR BREVIS, ET DILVcida *naturæ singulorum accentuum explanatio.*

De singulis regibus, ác primum de סוֹף פָּסוּק

1 N *On repetam odiosius hoc loco singulorum accentuum vel synonyma, vel figuras, aliáque id genus, quæ superius pertracta sunt,* δὶς τὰ κράμβη θάνατος, τὸ λεγόμενον. *Sed de his tãtum, quæ ad ministrorum condi-*

conditionem, regumque dignitatem pertinent, quod reliquum est, tradere conabor: ac primũ de soph pasuc, quo vix vllus ad distinguendum frequentior, nullusque in eo præstando maiorem vim obtinet: claudit siquidem omnem uersum, vt periodus. Hic igitur asseclam alium nullum accersit, ab ipso Merca, *quem eundem vel solum vel aliquoties repetitũ habet: vt,:* אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *atque solus hic accentus conditionis huiusce est, nam reges alij plures nomine, officio, figuraque discrepantes ministros aduocare possunt: attamen in quinq; locis scripturæ sacræ inuenitur cum ipso* Meaicla *in eadem dictione, vt* הַהוּא בַּעַל בְּעָמָיו לְחַלֵּן *reliquos vide in masoreth.*

De אַתְנָח

Distinguit perfectam sententiam, sed cui tamen nonnulla appendeant, vt colum apud Latinos: *vel coma* Psalmo *primo, & in via peccatorum non* עָמָר *stetit. tametsi aliquando paulo post initium versus, aliquando non lõge à fine ponatur, quinetiam nonnunquam in prima dictione, vt* וַיִּסָּעוּ. *Ministrum nullum habet, præter* Munach, *quod ante ipsum & ante zarka appellationem bilui accipit, & nonnunquam ipso repetito gaudet vt* כִּי לֹא תַחְפִּירִי *excipiuntur vndecim loci, in quibus ministrat ei cornu subulinum vt* וַיֵּצֵא נֹחַ *& exiuit noach, cæteri habentur in* Masora. *Canones de eo tradi possunt, quod nunquam in eodẽ versu bis reperiatur, quódque, si à versiculo absit, succedat in locum ipsius tiphca, vt:* בְּנֵה חֵן חַיִּים *vnde & alia regula elici potest, scilicet*

 versus

versus plerosque absque Atnach, *sed sine tiphcha nullum inueniri.*

De זָקֵף גָּדוֹל

Vbique igitur ministro caret hic accentus, nec ideo priuatur regio honore, distinguit enim tum inter sentẽtias, tum inter literas אהוי *idẽ esto indicium de* Iethib *& scal scelet, & semper habet post se tiphcha, vel proxime, vt* יְרִיעוֹת יִרְגְּזוּן *id est contremuerunt pelles: vel interposito zakeph* Katon, *vt* וְאַתָּה לֹא כֵּן נָתַן לְךָ יְיָ *vel tebir, vt* אִישׁ אֲשֶׁר רוּחַ אֱלֹהִים בּוֹ *venit autem & ietbib post ipsum, vt* מִי הִגִּיד לְךָ *quis annunciauit tibi, estque regula perpetua, post zakeph gadol vbique sequi vnum è regibus magnis.* Et co *sequitur seipsum aliquãdo, vt,* בֶּן־אָדָם שָׂא קִינָה · וַתֹּאכַל כָּל־עֲבוֹרַת Ezech. 28. *fili hominis asume lamentum.*

De זָקֵף קָטוֹן

T*antum munach sibi in exhibendo ministerio obstrictũ habet, quod quidem varia cognomina alibi atque alibi acceptat: nam si vnicus illi duntaxat minister præponatur, aut erit in litera prima, & dicetur* Mecarbel *hoc modo* רֶגַע אֲדַבֵּר Ieremiæ. 18. *subitò loquar, aut alibi & vocabitur bilui, vt* טַפְּכֶם נְשֵׁיכֶם: *at verò duobus* Munachim *antecedentibus prior est* Mecarbel, & *posterior bilui, id quod sæpius eueniet, si sententiæ intersit dictio* אֲשֶׁר *vt* אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ *id est qui egredietur de vtero tuo* Gen. 15. *Cæterùm ministro non caret, nisi sit à principio versus, aut proximè post pasta veniat, aut etiam consequatur seipsum, vt* מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן *quod tamen se*

rè

rè fit interpoſito Munach,*vt,* וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם, *Gene. primo. Si autem regem ante ſe habeat erit paſta, quem accentum, ſi etiam poſt ſe habuerit, iterabitur zakeph: vt ſit huius & illius gemina quædam viciſsitudo: ſic,* אוֹתָם אָמַר יְיָ רוּחִי אֲשֶׁר עָלֶיךָ *Quod ſi erit in dictione trium motionum carebitque ſeruili, erit virgula tertio ante ſe loco ſic,* הַבָּשָׂר *quæ quidē à nonnullis dicitur* מַיְלָה, *quæ ponitur in loco* Meteg *: vide lib. 3. in regulis eiuſdem, idem quoque fit interueniente macaph, vt* אַבְנֵי־שֹׁהַם *inuenitur & idē in aliquot dictionibus, quæ nō conſtitutæ ſunt tribus regibus vt* שְׁמָר לְךָ *euenit quoque mætheg, quod ante ipſum iuxta regulas ponitur, migrare in munach, vt* הָאֲנָשִׁים *ac tum quidem miniſter cum ſuo rege in eodem vocabulo conſiſtit.* Elias. ſe. 5.

De תְּבִיר

Seriem miniſtrorum eius hæc memoracula repræſentāt מַתְקֶדֶת *hoc eſt munach tarſa,* Kadma, *dargha & tebir: vel* מַתְקֶמֶת *in quo litera penultima mem ſignificat marcha, reliquæ idem quod prius, quatuor igitur miniſtros ſibi addictos habet, qui ſi omnes euocentur, ſimul ad miniſterium eius, procedent vel ſecundum ordinem memoraculi primi, vel ſecundū ordinē ſecundi vt* כָּל הַבָּא אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר נָפַל שָׁם עֲשָׂהאֵל *ſi tres, ſublato* Munach, *cæteri prodibūt, vt* אֲשֶׁר פָּקַד מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן *qui vel iuxta memoraculum ſecundum* עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ בְּאַרְבָּעָה *ſin duos requiret, dictioque præcedens ſit milhel, vel dictio parua, prior erit* Munach, *poſterior dargba: ſicut* גַּם מַעְיְנֹת הַשָּׁמַיִם, *aliàs prior* Kadma *erit ut*

וְאִישׁ רֹאשׁ בֵּית אֲבוֹתָם. *Quid ſi vnū efflagitet, & inter ipſum & ſedem miniſtri interiaceāt duæ motiones, erit miniſter dargha vt* וַיִּלֶן הָעָם *aliâs erit mercha, vt,* וַיָּבֹא מֹשֶׁה *item* יִתְנַגֵּה לִי בְּתוֹכְכֶם *excipiuntur. 16. loci à regula, Quorum vnus eſt* וְאַבְרָהָם הָיוֹ יִהְיֶה. *Reliquos habes in Maſora magno :· & ſi antecedat ipſum peſic, erit cum dargha, licet vnica tantum motio interſit vt,* הַמּוֹל. יִמּוֹל, *& ſi fuerit miniſter eius in eadem dictione cum illo, erit mercha, hac tamen ſeruata conditione, vt ante tebir ſit ſceua ſimplex, & ante ſceua alia motio magna, quàm vel chirik, vel ſurek vt* הִתְבּוֹנְנוּ. *dixi autem ſceua ſimplex, nam aliàs ſi dilatatum ſit, non erit Merca, niſi in tribus his locis* וְהֶעֱלוּ עַל שְׂפַת. עַל

Ezech.39

Deut.2.

הַכְּהָנִים. אַל תִּלָּחֲמוּ. *Ac niſi aliqua iſtarum conditio interuenerit, miniſtro carebit: vt hic* אַף הִיא רְפָאִים.

De תִּפְחָא

6 *Miniſter eius vbique eſt merca peſuta, aliâs dictus marich vt* אֵת הַשָּׁמַיִם *niſi quod in quatuordecim locis habet merca cephulah, vt* וַיָּבֵא לוֹ יַיִן וַיֵּשְׁתְּ *obtulit ei vinum quo hauſto Gen. 27. Atque in octo locis ſecum eſt merca in eadem dictione vt* הֶהָרוֹתֶיהָ *ac ſimul quidem inueniuntur merca peſuta, tiphcha, & ſoph paſuc in vno vocabulo vt:* מִשְּׁמוֹתֵיכֶם. *Quod quidē merca in iſtis locis author ſcholiorum meaiela vocat, extra hæc autē octo loca, quæ cum ſuperioribus habētur in Maſora magno, cenſebis eſſe meteg, & non merca: id quod & ipſa figura docēre te poterit. De hoc verò accentu iſti canones inſignes ſunt.*

Reuchl.3

Primus quod vbicunque tres fuerint dictiones, quarum prima ſit כִּי *& ſecunda* לֹא*, tertia, qualiſcunque ſit, obtinebit accentum tiphcha, quem præcedet* Merca *in dictionibus* כִּי *&* לֹא *vt* כִּי לֹא תַעֲבֹר *ſed, ſi interponatur macaph, erit merca tantũ in* כִּי *vel* לֹא *ſic* כִּי לֹא־בָאתֶם Deutero.3. *vel ſic* כִּי־לֹא

Secundus, quod ſemper poſt hunc accentum ſequantur atnah, vel ſoph paſuc, vt כַּאֲשֶׁר בַּתְּחִלָּה *ſicut in* בְּיָדֶךָ : לְעֵינֵיהֶם *in manu tua in oculis eorũ* Ezechi.37.

Tertius, quod ſi in verſu fuerit atnach, erit ante et poſt ipſum tiphcha, etiam ſi mediate, vt בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃ *Gene.* 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram.*

Quartus, quod nullus omninò verſus abſque hoc tiphcha inueniri poßit, vt dictum eſt.

De רְבִיעַ

Miniſtros habet, munah et darga: hoc modo הִנֵּה אֹמְרִים יָבְשׁוּ Ezechi.37. *ecce qui dicunt, nã ſi requirat vnicũ miniſtrum, erit munah, vt* פְּרוּ וּרְבוּ Creſcite *& multiplicamini. Si duos, prior darga, & poſterior munach fuerit, vt* שְׁתֵּי בְתֵפֶת חֹבֶרֶת*. Sin tres aſciuerit miniſtros,* Exod.28 *tum primus erit munach, & ſecundus darga & tertius iterum munach, vt* לֹא מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל הֵמָּה Non *erant ex filiis Iſraël. Seruit autem illi in quinque locis munach in dictione eadem. vnus eſt* אַל תְּעַצְּבוּ. Reliqui *traduntur* 2.Reg.21. *in* Maſoreth, *nonnunquam miniſtro caret, vt dictum eſt.*

De סְגוֹלְתָּא

Non *venit, niſi poſt regem* zarka, *& poſt eum perpe-*

tuò

eodē modo Kadma, & Merca, vt הַמַּאֲכִלְךָ מָן *cibauit* Deut.8.
te manna ad hūc modum reperiuntur in eodem vocabulo Kadma, & Mahpac: idque in sex locis, quos legendis bibliis inuenias. Quod si tres asciuerit ministros, primus talisa minor, siue quod idem est tarsa reliqui suo quisque gradu: iuxta ordinē perscriptū, vt הִנְנִי מֵבִיא אֶת הַמַּבּוּל *ego adduco aquas diluuii.* Gen.quinto. *Quod si plures fuerint quam tres, tunc quotquot praecedunt tarsa, erunt munach: qui verò sequuntur, iuxta superiorē ordinē: nempe hic progressus perpetuò seruādus est, vt si veniat minister ante tarsa, sit Munach: post ipsum verò tarsa, sit Kadma: deinde mahpac, vel merca: ac demum pasta, vt* וַיִּשְׁלַח חִזְקִיָּה מֶלֶךְ־יְהוּדָה אֶל מֶלֶךְ אַשּׁוּר וְגוֹמַר *& misit Ezechias rea Iuda ad regē Azur, &c. Deinceps post pasta non rarò veniet reuiach, ac post reuiach necessariò pasta vnum, vt* וְהַמָּן נוֹפֵל עַל־ הַכִּמָּה *& manna cadebat de sursum, porrò huic regi, sophar mahpac ministrat in dictione, quae ad vocabulum suum per macaph adnectitur, vt* עַד־מֶהַמֶּלֶךְ *nonnunquam verò super eandem dictionem collocantur* שְׁנֵי פַּשְׁטִין *hoc est duo pasta, vt in exemplo mox praecedente apparet, quod quam ob causam contingat suo loco dicetur. Est autē semper milrah & si geminetur interdū id fit ad designandum naturalem tonum dictionis, quod cū accidit potest illa eadem dictio, quae geminatum habet accentum vocari tum milhel tum milrah, milhel quidem ratione natiui tenoris, milrah verò ratiōe figurati accētus, quod autem indicamus in catalogo quosdam accen-*

tus esse milhel quosdam verò milrah id nequaquam ad tenorem vocabuli, sed ad ipsius notulæ naturã referendum est.

De פְּסִיקִי

Tradita est primo libro vnica differentia inter legarmeh & pesik, quod locus ferebat, nunc verò reliquæ recensendæ sunt: inter quas prima est, quod nunquam post legarme superuenit alius rex, præter quatuor istos, nẽpe pazer reuiach teres vel Gberes *& pasta, sed post pesik aliter.* *Secunda est, quod ipsi legarme regulariter seruiat* Munah, *sed ipsi pesik alij plures ministri. Tertia est, ꝙ pesik non inuenitur nisi inter ministrũ & regem, sicut inter* Mahpac, *& pasta: inter darga, & tebir: ĩter merca & tipcha: ĩter* Munach, *& atnach deniq; inter munach & pazer: sed nõ ĩter munach & reuiach: præterquã hoc loco,* כֹּה־אָמַר הָאֵלִ׀ יְהוָה בּוֹרֵא הַשָּׁמַיִם Hæc dixit dominus, qui creat cælos. Esa. 42. *& non cõtingit hoc pacto ipsi legarmeh, præterquam in principio versus vt* וְעָרֵלִ׀ זָכָר.

Quarta, quoniam longè frequentius inuenitur legarme, quàm pesik: vnde authores Masora *enumerauerunt omnia pesik, ac dixerunt inueniri in* Gen. 29. in Exod. 14. *& cætera in masora magno.* Hactenus *eorum differentiæ, quibus explicandis ipsa huius prosodiæ natura demonstrata ést: nisi forte hoc superest dicere inueniri pesik post alterum pesik, vt,* מֵרוּעַ׀ עָבַרְתָּ׀ לְהִלָּחֵם

De לְגַרְמֵיהּ׀

Regulariter *hic accentus ministrum habet* Munach, *vt* וְאֵיבָה׀ אָשִׁית Gen. 3. & *ferè ponitur inter duo* Munachim

nachim. Sed & alios quoque aſciſcit, Kadma ſcilicet & Merca, in hunc modum. Si vnum habeat miniſtrum, is fuerit Munach, vt צֹהַרי תַּעֲשֶׂה *feneſtrā facies.* Gen. 6. *Si duos, primus erit Munach, & ſecundus Merca, vt* כִּי הִמָּלֵּט אִמָּלֵטִי אֶל אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים *quoniā liberando liberabo terrā Philiſtinorū, vel contrà vt* אֲשֶׁר יוּצַק עַל־רֹאשׁוֹ שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה *id eſt ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, vel duo Mercot, vt* וְשֵׁם שְׁנֵי בָנָיו מַחְלוֹן וְכִלְיוֹן *& nomen duorum filiorū Macalon necilio. Sed ſi tres flagitabit miniſtros, primus veniet kadma, ſecundus Marca, & tertius Munach, vt,* וְאֵינֶנּוּ חָסֵר לְנַפְשׁוֹ *& nihil deeſt animæ ſuæ.* Eccleſiaſt. 6. *vnum ex quatuor regibus ſequentibus ferè ſemper habet, nempe reuiach, azla, paſta, & pazer. & quidem reuiach frequentißimè aſſumit, ſed azla in vndecim locis præcedente kadma, ante hoc legarme vt* וַיִּקַּח אֶת מַחֲלַת בַּת־יִשְׁמָעֵאל בֶּן אַבְרָהָם וְכוֹ׳ *& accepit machala filiam Iſmaël filij Abrahā & cætera.* Et *paſta in tribus, pazer verò in duobus. Sed de his, ſi videtur, conſule* Maſoreth.

De גֶּרֶשׁ

Oppoſitas virgulas ״ *ſic cùm ſupra ſcribuntur nonnulli kadma & azla,* Iudæi *verò germani, quibus accedit capnion, azla & cadma nominant: quorum illud cum* Gheres *conſimile dicunt, ſed eo diſtingui volunt, quoniam præcedente kadma eſt azla, alias* Gheres.

Canones.

Duo miniſtri ad hunc accentum ſpectant, nempe Munach *quando miniſter poni debet in litera prima dictio-*

nerationes Nohe. *Quòd tantum ponatur in monoſylla bis,vel dictionibus, quæ ſunt* Milhel. *Quod miniſtrum nunquam habeat,quod veniat ſæpe poſt ipſum zakeph: nũquam verò paſta,præterquam in vndecim locis,iuxta* Eliæ *ſententiam vel in* 12.*ſecũdum* Capnionẽ,*Quorũ hic vnus eſt,*בְּנִבְלַת בְּהֵמָה מִמֵּאָה או *reliquos quære in maſoreth.* V*enit autẽ loco paſta, ac propterea à quibuſdam hoc nomine vocatur, vt in catalogo primi libri notauimus.* Elias. ſe.5

De זַרְקָא

Quod de zarka præſcribit Elias,*incipere ipſum à fine dictionis, atque in dextrum latus protendi intelligendum eſt,niſi duo ſint ſimul in vocabulo. Eſt enim perſpicuum ſuper eadem ſyllaba geminos reges conſtitui non poſſe.Quod autem duo zarchot in eadem dictione collocari poſsint,ſuperius iam dictum eſt, idq́ue videtur in præſentia illuſtrandum exemplis.* H*æc igitur propono* וַיֹּאמֶר יַעֲקֹב . *dixitq́ue* Iacob.Gen.32. גַּם בְּטֶרֶם *etiam in vtero.*Ex *quibus etiam apparet , hunc ipſum carêre aliquando miniſtris omninò poſſe: quòd tribus euenit modis,nempe quando præfigitur in principio verſus,& conſequitur poſt atnach, aut reuiach: denique quando conſequitur ſeipſum, ſicut in ſuperioribus eluceſcit exẽplis.*Porrò *miniſtri,quorum ſicubi opus ſit vtitur obſequio,ſunt ſex,videlicet munach,hilui,thiliſah quetana, kadma,mercha,& meaicla:nonnunquam peſik id eſt diſtinctionem ante ſe obtinet, eamq́ue tum ſemper præ-* Elias ſe.5.

cedit Merca, *vt* וְעָלָה הַגְּבוּל דְּבִירָה *& tendens vsq; ad terminos deberah.* Iosue.15. *Quæ sit autē ratio & methodus constituendi ministros ante ipsum, paucis canonibus accipe.*

Primus Canon.

Si solitarius ante zarka minister extiterit, erit vtique munach, vt וַיָּבֹא יוֹסֵף *& ingressus* Ioseph. Gen. 47. Excipiūtur *ab authoribus* Masoreth,*nouem loci sacræ*

Elias, sc.5 *scripturæ, in quibus ministrat* Merca,*quod alij maarich vocant, ante zarka, vt* אֶת־רֹאשׁ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *summam filiorum* Israël. Exo.30.Præterea *inueniūtur decem & octo loci in quibus huic regi subseruit* Meaiela, *quorū allegare vnū exēpli loco sufficiet.* וַיָּבֹא יַעֲקֹב מִן הַשָּׂדֶה *redeunti* Iahacob *de agro. Cæteros sibi, qui volet, perlegendo inueniet.*

Secundus Canon.

Si duos ante se ministros asciscat, prior aut erit in litera prima, & erit Munach, *sequente hilui, vt* שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲבֹד *sex diebus operaberis.* Exo.20. *aut in litera secunda & erit* Kadma, *& post ipsum* Munach: *vt* הַעִדֹתִי בָכֶם הַיּוֹם *Testes inuoco contra vos hodie,* Deut.30. Exceptio *fit in tribus locis, in quibus* Kadma *&* Merca *in eadem dictione præeunt zarka, vt* אִיתָמָר בְּנוֹ Itamar *filius eius.* Leuit.10. *Alios legendo obseruabis.*

Tertius Canon.

Si præcesserint hunc regem tres ministri, primus erit telisa minor, secundus kadma, & tertius munach, vt

Gen.19. הִנֵּה־נָא מָצָא עַבְדְּךָ חֵן *quia inuenit seruus tuus gratiā.*

Quartus

Quartus Canon.

Quatuor miniſtris antecedentibus, quotquot præcedunt tarſa, erunt omnes Munach, *Cæteri verò ſtant ſuo quodã ordine, vt* הִנְנִי עוֹמֵד לְפָנֶיךָ שָּׁם עַל־הַצּוּר Exo. 16.

Quintus Canon.

P*erpetuò poſt hunc accentum ſequitur tropus, qui ſegolah dicitur, vt* וַיֹּאמֶר יַעֲקֹב *dixitque Iacob.* Gen. 32. *in quem quidem accentum nonnunquam zarka diſtinguẽdi officium reiicit, vt* בְּשַׁלַּח פַּרְעֹה אֶת־הָעָם Exo. 3. *diſtinctio eſt in ſegol, & non in zarka, vt loci intellectus declarat.*

De פָּזֵר

O*mnes qui ipſi miniſtrant, ſunt ſopharot* Munachim, *vt* אִישׁ אִישׁ כִּי־יִהְיֶה טָמֵא לָנֶפֶשׁ *vir quicunq; fuerit mũdus ſuper anima.* Nume. 11. *Octies conſequitur ſe ipſum quod ante in conſequiis dictum eſt.* Exemplum *habes in* li. Par. *quod ſi incipit* וּזְכַרְיָהוּ בֵּן וְיַעֲזִיאֵל וּנוֹמַר *poſt ipſum ſæpius ſequitur tarſa, & poſt tarſa kadma, ex more, vt* וַיְהִי מֵאָז הִפְקִיד אֹתוֹ Gen. 39. *Sic nonnunquam & teliſah ghedola, Sicut* כִּי נֹזֵר *quia rapina: & gheraſin, vel kadma, & aſla: ſed id admodum rarò.*

De קַרְנֵי פָּרָה

C*onficitur ex duobus teliſot, quia cantilena ipſius conſtat ex geminato ipſorum tono. Proximus illi miniſter apponitur galgal, ſeu ierach beniomo, reliqui verò ante hunc ſunt munachim, qui adhibentur vel vnus, vel duo, &c. vſq; ad quinque, vt* פְּאַת־קֵדְמָה אַלְפַּיִם בָּאַמָּה

גם

גַּם הִנֵּה הָעֵץ אֲשֶׁר־עָשָׂה הָמָן. *Este.7.Lignum quod parauerat* Hamam.*Hic autem accentus per vnum & viginti sacræ scripturæ libros, tantum inuenitur in* 16. *locis.*

De שַׁלְשֶׁלֶת

Ministrum habêre nequit quia non ponitur nisi in principio versus, aut post atnach, tunc enim nullus minister proximè antecedit in diuersis dictionibus, nam in eadẽ minister inuenitur vt P*sal.* 10. יְתַפְּשׁוּ *vt* וַיְמָאֵן וַיֹּאמֶר Gen.39 *& renuit & dixit, post hunc autem accentum ferè semper sequitur pesik* וַיִּקַּח וַיִּתְמַהְמָהּ Gen. 39. Nec

Elias. fe.5 *inuenitur scascelet in vno & viginti libris, nisi septies.*

De תְּלִישָׁה.

H*uic regi ministrat seruilis* M*unach, qui ante illum ponitur vel semel, aut bis &c. vsque sexies, vt* וְעַל־הַנַּחַל יַעֲלֶה עַל שְׂפָתוֹ מִזֶּה וּמִזֶּה כָּל־עֵץ־מַאֲכָל

E*zech.* 47.1.*Et iuxta torrentem ascendet iuxta ripam eius, hinc & inde omnis arbor fructus comestibilis.* N*eque vnquam ministro caret, nisi in principio versuũ, aut post atnach, vel pazer, vt* זֶרַע וְקָצִיר *semen & messis.* Gen.9.*& in sequenti duntaxat loco se ipsum cõsequitur,* בָּא הִנֵּה וְאֵמְלְחָךְ, *collocatur autẽ bis in eadem dictione, quando naturalis accentus non est in eadẽ syllaba cum ipso sic,* הַבָּשָׂר *id est caro.* Leui.13.

Hucusque de regibus.

De singulis ministris seriatim, ac primùm.

De מוּנַח

H*ic accentus inter socios primam sibi meritò sedem occupat, tum quòd ad exhibendum obsequium paratus sit,*

&

& frequens, tum quòd alios duos eiusdem secum figuræ participes habeat eodemque munere, quoad grammaticam spectat rationem, defungentes, alioqui enim harmoniæ diuersæ sunt indices. Itaque hic minister, vt in catalogo adscripsimus, vocatur ab Elia *seruus dominantium, pariter & seruorum seruus.* Huius *inscriptionis ratio est, quoniam primùm seruit omnibus regibus, vt ille docet, præterquã siluk, tiphcha & scalscelet. nec regibus quidem modò sed etiã ministris, præter cadma, & merca: vt dicetur in locis ipsorũ. Sed quomodo ministranti accentui ministerium exhibetur? minimè obscurum est.* Sic *enim dicitur, vel quòd in lectionis progressu ministrum antecedat minister, vel quod ad sequentem seruilem seruilis accentus vocabulum, in quo ponitur, acceleret, non eò quidem, vt ibi lectionis mora trahatur, quod fit tantum apud reges, sed vt illinc quoque ad sequentia perlegẽda lector festinet, dum eo scilicet peruentum sit, vbi cõsistere, ac resumere anhelitum regius imperet interuẽtus.* Porrò *nullus inter ministros sæpius consequitur seipsum, atque hic, vtpote qui septies repetitus alicubi inuenitur.* Compræhendit *autem hic accentus alios duos hilui scilicet, & mecarbel: de quibus admonet locus vt disseram paucis.*

De עִלוּי

O*mninò est idem cum* Munach, *vt tradit* Elias, *& constat eandem figuram ambobus esse* Communem, *sed in hoc differentia est, quòd hæc eorum figura, ante atnach vel zarca accipiat nomen hilui, quia tunc immutatur* Elias. se. 5

I cantilena

cantilena ipsius exempla quære in atnach, & zarca, sic quando præcedit zaceph & est in littera secunda vt מִפְּלַגֵּם נְשִׂיכָם *aliâs verò est munach, vel mecarbel, de quo nunc dicendum est.*

De מְכַרְבֵל

Figura Munach, quando appelletur hilui modò explicatum est, eadem verò dicitur mecarbel, quando sola in obsequium venit ipsi zaceph, & est in litera prima, itidem quãdo rex ille duos habet munachim prior in quacunque sit litera, mecarbel nuncupatur, vide exempla in zaceph. Nec verò distinctiones huiusmodi magnopere ad grammaticum pertinent, sed potius ad musicum, qui varios concentus, iuxta varias appellationes promendos intelligit.

De מַהְפַּךְ

Ministrat tãtum regi pasta, vel solus, vel cum munach: idque cum sequitur dictio parua, aut milhel: & inuenitur in eadem dictione ante pasta, quorum habes exempla superius in pasta.

De מַאיְלָא

Nullius ministri consortium admittit, sed solitarius inseruit regibus atnach, aut soph pasuc, atque etiam tiphcha: & quidẽ ipsi atnach ministrat in vndecim locis, & semper inter se & regium accentum, cui inseruit siue sint ambo in eadem dictione, siue in diuersis, intercedit vna motio, vt : בְּשְׂעוֹתֵיכֶם *in saturitatibus vestris* . וַיֵּצֵא נֹחַ *Gen. 8. Egressus est ergo Noach quomodo autem, & quando inseruiat ipsis atnach, & siluk, vide in*

locis

locis ipsorum, semper est milhel.

De מֵירְכָא פְּשׁוּטָה

Propriè debet vocari מַאַרְכָא sed absconditur aleph in tsere, & tollitur patach per syncopem sic מֵירְכָא. Solet autem ministerium exhibêre tantũ regibus tiphcha, & soph pasuc, vt : אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ Gen. 1. cœlum & terram. Nisi quod in tribus locis seruit zarca, vide in loco eiusdem. Aliquando sibi ipsi mox succedit, vt אֲשֶׁר בֵּית יִשְׂרָאֵל עֹשִׂים פֹּה. Eze. 9. Quæ domus Israël faciunt ibi. Denique antecedit ante ipsum ferè sem per darga, vt וַיָּבֵא לוֹ יַיִן וַיֵּשְׁתְּ וְכוּלֵי & attulerunt illi vinum & bibit.

De מֵירְכָא כְּפוּלָה

Hoc duplicatum merca conficitur ex merca simplici, sicut zaceph gadol ex paruo zaceph, vnde fit vt merca & zakeph ita inter se consentiant, vt quemadmodũ per illud, si quando citra adiectionem ponitur, intelligitur merca pesuta, sic nomine zaceph, cùm nihil adiungitur erectorem paruum intelligamus. Idem esto iudicium de telisa, quod per se positum significat telisa minorem: sic etiam pazer sine adiunctione vbique innuit pazer Katon, atque hi soli inter accentus sunt equiuoci, quos omnes facilè distinxeris, ea, quam trado tibi, ratione: nam aut ipsis epithetum adiunctum erit, aut non erit: illud si fiat nihil laboraueris: nam si reperias, exempli gratia, zaceph gadol, aut pazer Katõ, sic Merca pesuta & telisa maior, aut contrà, statim percipis quisnam indicetur accentus, sin desit adiunctum, accipies nomen, quod

ita ponitur sēper ꝑ minori accētu, vt zakeph, ꝑ zakeph caton: merca, pro merca pesuta: pazer, pro pazer catō: & telisa pro telisa minori: sed redeamus ad rem. Itaque geminatur hastile simplex, vt fiat merca cephulah, quod euenit in 14. locis, de quibus in tiphcha dictū est: nec iam inculcabo exempla, sed rationem geminationis huius, quam hactenus suppreßi, in præsentia declarabo. N*empe quoniā* Merca *pesuta à tiphcha nec situ, nec figura differt, laborarent in illis discernendis minus periti, siquidem opinari possent, cum inseruit regi tiphcha minister merca, vel signatum esse iteratò tiphcha, vel ipsum merca repetitum: vtque intelligerent ibi esse merca, & tiphcha, nondum tamen vter eorum accentuum vel pro tiphcha, vel pro merca accipiendus esset, compertum haberent.* V*nde quoties accidit vt merca in ministeriū rex tiphcha accerseret (id autem euenit in 14. locis) geminatus est minister ille, vt inter ipsum ac regem fieret expeditior distinctio.*

Elias in masora & tiphcha remittit nos ad mazoret.

De קַדְמָא

Antecedere potest hic accentus vnum, vel plures ex istis quatuor ministris munach, mahpac, merca, & darga: ac subseruire solet regibus zarca, azla, & tebir: de quibus, cum supra meminimus, minimè illius, vel horū proponere exempla omisimus. Cæterum in 14. locis inueniuntur cadma, & azla super eodem vocabulo, vt כָּל־הַנּוֹפְלִים *Iosue. 8. omnes cadentes. Hoc ex masora magno. Denique sæpius geminatim super eadem dictione statuitur, vt,* הַמֶּלֶךְ *quòd euenit ob naturalem*

ralem dictionis accentum.

De תְּרְסָא

Nunquam proximè ante regem ministrat quippe cum inseruiat tantum ipsi azla : id quòd tantummodò eueniet mediante cadma, vt traditum est in Gheres, nullibi verò hæc regula fallit, qua dicitur post telisa minorem sequi cadma, & post cadma vnum ex istis tribus, azla tebir, vel zarca: vt וְאֶת־אַצְמוֹת שָׂרָיו וְאֶת עַצְמוֹת הַכֹּהֲנִים *& ossa principũ eius, & ossa sacerdotum.* Elias. se.5 *Ponitur geminatim super eadem dictione, vt* וַיָּקֻמוּ כָל־ בָּנָיו Gen.37. *& surrexerunt omnes filij eius. Quod ideo accidit, quoniam natura dictionis, in qua ponitur, alibi accentum requirit, quàm in vltima, nihilominus tamen in aliquot exemplaribus aliter inuenitur quod idẽ de variis exèmplis, quæ hic citantur, censendum est.*

De דַּרְגָּא.

Duobus regibus hic ministrat, tebir scilicet & reuiach, ac vnum ex duobus ministris sequentibus ante se obtinet cadma vt כְּרַע שָׁכַב כַּאֲרִי *Et munach vt* גַּם בֵּן וְאַח אֵין לוֹ *denique vt ministris duobus seruit, videlicet seruili munach non raro, vt* לֹא בַסֵּתֶר דִּבַּרְתִּי *id est, non in obscuro locutus sum.*

De יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ

Accentus hic luna vnius dici appellatus, soli karne phara ministrat, solusque illi proximè subnotari solet, vt Ester.7. *עָשָׂה הָמָן id est parauerat Aman.*

Hactenus de ministris.

EXPLICATIO IN TABVLAS SEquentes, quæ vtilißimæ sunt vtpote in quibus artificiosè compræhenduntur, ea quæ in hoc secundo libro tradita sunt.

His itaque decursis, subiiciendas rati sumus tabulas aliquot perutiles, in quibus quicquid ferè hoc in libro continetur addiscentium oculis nudè exponatur: harum verò, vt se habent, contexẽdi hic fuit discursus. Apprimè siquidem vtile futurum arbitrabamur, si tabula id genus traderetur, quæ ministrorum ad reges, item regum ad alios reges progressum ostenderet: in eo quippe summam vim & notitiam facultatis huius constitutam iudicabamus. Hoc autem operæpretiũ facturo quatuor opus esse rebus, quæ instituto adminiculũ adferrẽt, intelleximus. Primùm vt colligeremus quos quisq; regius accẽtus ministros asciscerct, deinde verò vt reges cõsequẽtes seipsos produceremus, quos ante pluribus verbis in capite de consequiis designauimus. Post hæc fuit curæ reges subiicere eos, qui non seipsos vt prius, sed qui alios consequuntur, cuiusmodi sunt tiphcha, post tebir: & atnach post ipsum tiphcha. Demùm vt nullus errori locus pateret, eos obseruauimus reges, qui velut inter se dißidium alant, nũquam sibi inuicem vel obueniunt, vel subnectuntur. Ex quibus illico extitit confecta illa tabula, de regum & ministrorum progressu, quam paulò pòst exemplis illustratam voluimus, verùm hæc de integro explananda.

Sex

Sex tabulas, re ac titulis distinctas proponimus, in quibus hoc seruatur vt regum nomina rubrica, ministrorũ verò cæteraque atramento pingantur præterquam in vltima tabula, in qua textus scripturæ nigro, reges verò & ministri rubro colore designantur, de qua suo loco. Est verò tabularum omnium titulus communis in *primæ tabulæ frontispitio sic.* לוחות טובות באשר אסף. אני *& reliqua. id est tabulæ vtiles, in quibus conpræhenditur paucis, quod hactenus fusè explicatũ est. huic subiungitur quota sit tabula his verbis* ·לוח א· *id est tabula prima: Quod idẽ fit & in reliquis.* Mox *subsequitur titulus* שמות כל המלכים *&c. id est nomina omnium regum ac ministrorũ eorũdem.* In *ipsa subiiciuntur ministri suis quibuscunque regibus, in eáque legenda tibi ista subaudienda sunt.* מלך סוף פסוק הוא אתן ארץ משרתים מירכא ומאיילא Hoc *est, rex soph pasuc obtinet ministros merca & meaiela. Sic atnach quod mox subsequitur habet tres nempe hilui, meaiela & munach & cæt. Sequitur zakeph gadol in cuius regione habes* אין לא משרת. *id est non ei minister & ideo in margne in ordine numerorum ponitur cifra o, vt significet illum carere ministro. Secũda tabula titulũ indicẽ sui habet* מלכים מתרדפים *.i. Reges consequẽtes seipsos in ea sic pgredere à tergo eius est dictio ex nigro sic* מתרדפים *.i. consequũtur seipsos deinde accipe primam regis rubricã quæ est* תביר *quam mox sequitur* פשטא *dic igitur, consequuntur seipsos tebir & pasta &c. post ea habes in medio à fronte dictiunculã ex nigro cũ litera beth sic* ·ער·ב· *ex his* Secũda tabulæ declaratio.

igitur

igitur dices. מְתָרַדְּפִים תְּבִיר וּפַשְׁטָא וְגוֹמַר עַד ב *id eſt conſequuntur ſeipſos tebir & paſta* וְגוֹמַר *id eſt & cætera* ·עַד·ב· *id eſt vſque ad bis: id eſt duo tebir venire poſſunt, vnus mox poſt alium; atque ita de reliquis. Tandem ſubnotatur in fine, quod pazer conſequitur ſeipſum vſque ad octies, quod nulli alij conuenit.*

Tertię tabulę declaratio.

Tertiæ tabulæ methodum ſatis explanat, quod ſuperſcribitur hoc ſcilicet מְלָכִים *&c. id eſt reges amici quorum veniunt alij poſt alios. Sic leges* אַחַר טִפְחָא בָא זָקֵף וְגוֹמַר *hoc eſt, poſt tiphcha venit zakeph & ita de cæteris, ita vt dictiones nigræ nempe* אַחַר *id eſt poſt quæ dictio in tabula in medio ponitur &* בָא *hoc eſt venit quæ tabulæ ſupraſcribitur repetãtur eodẽ modo in ſequentibus.*

Quartę tabulæ decl.

Quarta hoc titulo inſignita eſt מְלָכִים אוֹיְבִים *&c. id eſt reges inimici, quorum alius ab alio fugit, id eſt quorum vnus nunquam alium mox conſequitur, deinde ſubſequitur ex nigro & rubro ſimul* נִמְנַע אַתְנַח מִן אַתְנַח *id eſt abhorret atnach ab atnach. Cætera ſic leges* נִמְנָעִים *hoc eſt, abhorrẽt* זָקֵף וְטִפְּחָא *zakeph & tiphca, à legarme. Eodẽq; modo in cæteris progredere: in fine autem ſubſcribitur quod abhorret zakeph gadol ab omnibus regibus præterquam à tiphcha, & ſic etiã tebir ab ipſis abhorret, ac tabulæ quidem quatuor hactenus.*

Quintę tabulæ decl.

Quintæ autem, quæ ex illis confecta eſt, titulum præfiximus לוּחַ טוֹבָה מְאֹד *&c. id eſt tabula valde vtilis, de progreſſu miniſtrorum ad reges, & regum item ad alios reges, ſicut ſit in bibliis. Incipiendum igitur à parte dextra ſiniſtram*

nistram versus, Hebræorum more, atque hoc aduertendum, scribatur ne seorsim minister, an cum aliis: nam si seorsim, indicatur quisnam ille minister sit, quoties vnus aliquis rex vnicum ministrum accersit: sin plures simul in eadem linea, volo dicere è regione sui seruiles accẽtus ascripti sint, si duo, docetur quinam sint ministri cũ regius accentus duos requirit: si verò tres, itidem, simili modo de reliquis censendũ est. Sic verò progressum insequi oportet aliqua subauditione facta, hoc pacto, veniũt ante regem soph pasuk merca pesutah vel meaiela. Aliud item exemplum accipe ad maiorem declarationem de tiphcha qui sextus est in ordine huius tabulæ. Si enim regẽ tiphcha vnicus antecedat minister, is erit merca pesutah, vel merca Kephulah, post regẽ verò tiphcha sæpe sequitur rex atnach vel soph pasuk. Idem dicendum de zakeph caton, nam solitarius ante ipsum minister est hilui, aut mecarbel: quòd si duo adueniant ministri, erũt mekarbel & hilui. Cæterùm vel iste rex succedet sibi ipsi, aut sequetur post ipsum zakeph gadol. Sunt autem tres reges, nempe zakeph gadol, ietib, & scalscelet, qui nullum habent ministrũ, nec ideo regia potestate priuantur. Vide in zakeph gadol. Cæterùm in hac tabula quibusdam illorũ, parua quædam scholia adiecimus, ad maiorem declarationem.

Veniamus ad tabulam vltimã cuius titulus est מְשַׁל הֲלִיכַת *&c. Id est,* Exemplum *progressus regũ & ministrorum allegamus in ea, versum ex secundi* Regum *primo his verbis* .ב.מְלָכִים.א. *in quo versu inueniuntur* Vltimæ tabulæ declaratio.

K *sedecim*

ſedecim reges.Hic columnatim legendus eſt, huic ſubnectimus partem verſus, qui habetur 2.Paralipo.54. vbi ſunt pazer, Karne phara & ſcalſcelcth annotatur ſic .ב.דִּבְרֵי הַיָּמִים.נד. Annumerantur igitur in ipſis verſiculis omnes reges,ſuorum in obſequium vt decet quibuſdam praecedentibus miniſtris.Nomina autem accentuum quibus notantur hi uerſus,rubrica ſubſcripſimus,uerſiculis quidem ſubſcriptis atramento,tibi etiam obſeruandum eſt,ſi plures accentus in eadem linea rubrica notati ſint ultimum duntaxat eſſe regem,praecedentes eum omnes ſunt miniſtri,quod ſi ſolus ſit,erit etiam rex. Admonendus es etiam ne quid te remoretur, in principio uerſus mox poſt primam columnulam ante figuras regum legarme & peſik poni accentu munach ex more ſicut ſemper poſt paſuk duo puncta ſubſequi ſolent,ideo nomen ipſius munach non aſcripſimus quod ſit uelut pars accentuum legarme & peſic. Iam igitur noſtri haud inſtituti, nihil quod ad perſpicuitatem attinet,ſi modo candidus eris deſiderabis.

De Grammatico accentu.

לוחות טובות כאשר אסף אני בקצרה מה שכללתי על טבע טעמים עד הנה

לוח א׳

שמות כל המלכים ומשרתיהם

סוף פסוק : 1

מירכא פשוטה מאיילא 2

אתנח 2

עלוי מאיילא מונח 3

זקף גדול 3

אין לו משרת 0

זקף קמון 4

עלוי מכרבל 2

תביר 5

דרגא מירכא תרסא קדמא מונח 5

טפחא 6

מירכא פשוטה מירכא כפולה 2

רביע 7

מונח דרגה 2

סגול 8

מונח 1

פשטא 9

מירכא מהפך קדמא מונח תרסא 5

פסיקי 10

דרגא מהפך מונח מירכא פשוטת 4

לגרמיה׳ 11

מירכא מונח 2

גרש 12

קדמא מונח תרסא 3

גרשים 13

מונח 1

יתיב 14

אין לו משרת 0

זרקא 15

מונח מירכא עלוי מאיילא כרמא תרסא 6

פזר 16

מונח 1

קרני פרה 17

מונח ירח בן יומו 2

שלשלת 18

אין לו משרת 0

תלישה 19

מונח 1

לוּחַ .ב.

מְלָכִים מִתְחַלְּפִים

תְּבִיר	עַד ב׳	מִתְחַלְּפִים
פַּשְׁטָא		
פְּסִיקִי		
לְגַרְמֵיהּ		
יְרְחָא	ב׳ או ג׳	
זָקֵף גָּדוֹל		
זָקֵף קָטוֹן		

מִתְחַלֵּף פָּזֵר מִן ב׳ עַד ח׳
וְכָל הַשְּׁרִירִים אֵינָם
מִתְחַלְּפִים

לוּחַ .ג.


מְלָכִים אֲהֵבִים אֲשֶׁר בָּא
זֶה אַחַר זֶה

בָּא		
זָקֵף גָּדוֹל	טִפְחָא	אַחַר
תְּבִיר		
טִפְחָא	אַתְנָח או סוֹף פָּסוּק:	
פַּשְׁטָא	זָקֵף קָטוֹן	
יְתִיב		
לְגַרְמֵיהּ	רְבִיעַ	
גְּרָשַׁיִם		
יְרְקָא	סְגוֹלְתָּא	
פָּזֵר	תְּלִישָׁא	
שַׁלְשֶׁלֶת	פְּסִיקִי	
תְּלִישָׁה	גֶּרֶשׁ	

לוח .ד.

מלכים אויבים אשר נימנע
זה מן זה

נמנע אתנח מן אתנח



נמנעים מן זקף גדול כל המלכים חוץ
מן חטפחא וכן מן תביר

לוּחַ ה.

לוּחַ טוֹבָה מְאֹד עַל הֲלִיכַת מְשָׁרְתִים אֶל מְלָכִים וְהַמְּלָכִים אֶל אֲחֵרִים מְלָכִים כְּמוֹ יֵשׁ בַּמִּקְרָא

מְשָׁרְתִים — מְלָכִים

מֵירְכָא פְּשׁוּטָא / מַאֲיְלָא } סוֹף פָּסוּק׃

עִלּוּי / מַאֲיְלָא / מוּנַח מוּנַח } אַתְנַח

† אֵין לוֹ מְשָׁרֵת — זָקֵף גָּדוֹל { זָקֵף גָּדוֹל / טִפְחָא

† i. non ei minister.

עִלּוּי / מַכַּרְבֵּל / מַכַּרְבֵּל עִלּוּי } זָקֵף קָטוֹן { זָקֵף גָּדוֹל / זָקֵף קָטוֹן

דַּרְגָּא / מֵירְכָא / מוּנַח דַּרְגָּא / קַדְמָא דַּרְגָּא / תַּרְסָא מֵירְכָא אוֹ דַּרְגָּא קַדְמָא / תַּרְסָא מֵירְכָא אוֹ דַּרְגָּא קַדְמָא } תְּבִיר { טִפְחָא / תְּבִיר

* א או על רוב מונח

* i. vnũ vel plures munacim possunt venire ante tarsa, deinde merca vel kadma, postremo darga mox ante ipsum regem.

מֵירְכָא פְּשׁוּטָה / מֵירְכָא כְּפוּלָה } טִפְחָא { אַתְנַח / סוֹף פָּסוּק׃

מְשָׁרְתִים — מְלָכִים

רְבִיעַ —
- מוּנַח
- דַּרְגָּא מוּנַח
- מוּנַח דַּרְגָּא מוּנַח

סֶגּוֹל —
- מוּנַח
- מוּנַח מוּנַח

{ זָקֵף / פַּשְׁטָא } **פַּשְׁטָא** —
- מַהְפַּךְ
- מֵירְכָא
- מֵירְכָא או מַהְפַּךְ } מוּנַח
- מַהְפַּךְ או מֵירְכָא } קַדְמָא
- תַּרְסָא מוּנַח מֵירְכָא
- מַהְפַּךְ או מֵירְכָא } מוּנַח תַּרְסָא קַדְמָא — id est, munak, tarsa, kadma, deinde mahpak vel merca pesuta.

פְּסִיק —— פְּסִיק —
- מַהְפַּךְ
- דַּרְגָּא
- מֵירְכָא
- מוּנַח

{ רְבִיעַ / לְגַרְמֵיהּ } **לְגַרְמֵיהּ** —
- מוּנַח
- מֵירְכָא מֵירְכָא מוּנַח

גֶּרֶשׁ —
- קַדְמָא
- מוּנַח
- תַּרְסָא קַדְמָא
- קַדְמָא מוּנַח
- מוּנַח תַּרְסָא קַדְמָא.

מְ ל כִים · שָׂרְ תִים

*
·i.vnũ vel plura munach ante tarſa, deĩde kadma, poſtea munach mox ante regẽ.

†.i.omnes miniſtri ante ipſũ ſunt munach.

*.i.aliquã do vſq; ad quĩq; munach deĩde gheres poſtea ierach ben iomo.

* .i.quãdoq; vſq; ad ſeptẽ.

מונַח — גְּרְשַׁיִם — רְבִיעַ

אֵין לוֹ מְשָׁרֵת — יְתִיב — זָקֵף

מונַח / מֵירְכָא / מַאֲיְּלָא / מונַח עִלּוּי / מונַח, מֵירְכָא } קַדְמָא *א או יותֵר / מונַח תַּרְסָא קַדְמָא מונַח — זַרְקָא — סְגוֹל / זַרְקָא

†כָּל מְשָׁרְתִים לִפְנֵי זֶה יִהְיוּ מונַח — פָּזֵר — תְּלִישָׁה / פָּזֵר

* יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ / לִפְעָמִים עַד) מונַח יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ / ה. מונַח מונַח יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ — קַרְנֵי פָּרָה

אֵין לוֹ מְשָׁרֵת — שַׁלְשֶׁלֶת — פְּסִיק

מונַח / מונַח מונַח / מונַח מונַח מונַח / * וְלִפְעָמִים עַד.ז. — תְּלִישָׁה — גֵּרֵשׁ

לוח ·ו·

משל הליכת משרתים ומלכים

ב.מלכים.א.
קדמא אזלא
ויאמרו אליו
לגרמיהו
איש׀
פסיקי
עלתי
רביע
לקראתנו
עלוי זרקא
ויאמר אלינו
מונח זרקא
לכו שובו
מקף־מונח מקף־מונח סגול
אל־המלך אשר־שלח אתכם
מונח רביע
ודברתם אליו
יתיב
כה
מונח זקף
אמר יהוה
מהפך מקף־פשטא
המבלי אין־אלהים
זקף
בישראל

עילוי זקף
אתה שלח
זקף גדול
לדרש
מירכא טפחא
בבעל זבוב
עלוי אתנח
אלהי עקרון
תלישה
לכן
גרשים
המטה
מקף־מירכא תביר
אשר־עלית שם
מקף־מירכא טפחא
לא־תרד ממנה
מקף־מירכא סוף פסוק ׃
כי־מות תמות ׃
מונח פזר ב.דברי
ויאמר להם (הימים כד
נעיא ירח בן יומו קרני פרה
צאו לערי יהודה
שלשלת
וימאן ראשית.לט.

De musico accentu.

MVsicus accentus quidnam sit superius ostensum est, nempe, notula harmoniæ cuiusdam index. Quid etiam differat à grammatico minimè omissum est: nimirum quia grammaticus illam eleuat syllabam, quam musicus cantillat. Vocāt autē hunc accentum Hebræi נְגִינָה, quæ dictio Græcis τόνος, nobis verò Modulum, siue Melodiam sonat. quippe cantionē aliquam repræsentat Hebræis, sicut nostris cantoribus vt. re. mi. fa. sol. la. sed in hac tamen similitudine magna quædam interest dißimilitudo: nempe quia notulæ nostrorum vocem duntaxat singulæ repræsentant: Hebræorum verò musici accentus cantilenam, quæ vocibus constat indicare solent. Attamen hæc analogia, docendi scilicet causa, non incōmodè adducitur. Cæterùm cognitio istius accentus nō multum vtilitatis adfert hominibus nostris, quandoquidem ad solam synagogam Hebræorum, quam ipsi הַקָּהָל הַכְּנֶסֶת vocant, cum reliquis ceremoniis spectat: quanquam me non latet Calonimum esse in ea sententia, vt opinetur ex concentibus accentuum, proprietatem regum ac ministrorum posse dignosci. Sed ea de re plus satis obiter hoc in libro tractatum est, præsertim vbi de regibus magnis, ac paruis habitus est sermo: pariter & in primo, vbi de figuris nominibusque accentuum disseruimus. Superest itaque singulorum tonos, cantionesque iamiam exponere studiosis, vt animum, cantillando oblectent: qua in re hunc ordinem

ordinem ſeruandum ſtatuimus. Primùm exhibentur reges, quia numero, & dignitate antecedant miniſtros. Id verò fit ea methodo ſeruata, vt quò cuiuſque cantilena altius extollitur, eò ſuperiorem ordinẽ præ cæteris occupet: deinde ſequuntur miniſtri, qui & ipſi eadem ſerie diſponuntur. Cùm autem Hiſpani *aliter, & aliter* Germani, *&* Galli, *aliarumq́ue nationum* Iudæi *variè ſuis modulentur accentibus, nos huius in totum ſecuri, vnum duntaxat exemplar (quod vſitatius eſſe conſtat) tibi lector exponere putamus ſatis. Quippe Chriſtiani reſpuimus iſta curioſius rimari, quæ ad ſolam* Iudæorũ *ſynagogam pertinent: nimirum enim pietati magis cõſentaneum eſt ſuam in iſtiuſmodi rebus inſcitiam fateri, quàm cognitionem ſuperſtitioſam, nec minus inanẽ velle profiteri. Vnde equidem iam roſis floſculisq́ue hinc inde decerptis, ſpinas & tribulos illis relinquam: deq́ue iſtis, vt videtur conſultius ſuperſedebo.*

Sequuntur Regum ac ministrorum toni.

נְגִינוֹת מְלָכִים

שַׁלְשֶׁלֶת פָּזֵר

קַרְנֵי פָרָה תְּלִישָׁה יַרְקָא

גְּרָשַׁיִם גֵּרֵשׁ זָקֵף גָּדוֹל זָקֵף קָטוֹן רְבִיעַ

סוֹף פָּסוּק: אַתְנָח פַּשְׁטָא טִפְּחָא תְּבִיר יְתִיב לְגַרְמֵיהּ פְּסִיק סֶגּוֹל

נְגִינוֹת מְשָׁרְתִים

דַּרְגָּא תַּרְסָא יֵרַח בֶּן יוֹמוֹ

מֵירְכָא כְפוּלָה מְכַרְבֵּל עִלּוּי מוּנַח

מַהְפַּךְ קַדְמָא מֵירְכָא פְּשׁוּטָה

LBER TERTIVS DE
Rhetorico accentu.

Accentuum ad suas classes reductio. Cap. I.

HActenus quanquam copiosè satis de accentu disseruimus, vtpote qui ab eorum inuentione & à communi finitione exorsi, mox officia præcipua, deinde primariam diuisionẽ complexi, ac postremò catalogum, in quo digesta omnia ob oculos posuimus. Post hæc autem, singula speciatim suis attributa classibus, explicatè & singulatim ostendimus: nihilominus tamen nondum vniuersa comprehendimus, siquidem de rhetorico accentu nondum pertractauimus, quod nobis hoc in libro exequẽdũ est. Ex omnibus igitur supra memoratis Prosodiarum figuris, tribus duntaxat rhetoricus accentus contentus est: reliquis omnibus grammatico, ac proinde musico dimissis. Placet ergo vt postquàm de grammatico accentu peregimus, nunc ad rhetoricũ accedamus, in quo vis & natura trium figurarũ, nempe metheg, gahaia & maccaph, quas duntaxat hic rhetoricus accentus sibi vendicat, explicanda, venit.

Nunquid sit rhetoricus aliquis accentus? Cap. 2.

PRincipiò disquirendum esse iudico, num rectè à nobis rhetoricus aliquis accentus statuatur: quandoquidem à nonnullis prætermitti solet. Veruntamen hac in parte Reuchlinum & quosdam alios peritos viros insequimur, quorum tametsi authoritas argumenti fidem explêre poßit: persequar tamen Capnion lib. 2.

 ratione

ratione vnâ, & altera, institutum probâre, namque accentus est Hebræis quæcunq; saltem accidit syllabæ figura: Semol & iamin, insuper daghes, & raphe hinc reiici constat, quòd literis tantum minimeq; syllabis aduenîre nata sint. Eademque nimirum Græcis prosodias constituendi ratio fuit: quippe cum id nominis eò patêre voluerint vt quicquid syllabarum prolationi momentum adferret sub huius nominis ambitu comprehendi censuerint: tametsi postea nomen hoc προσῳδία *in spiritus, tempora, & tonos, passionesque secuerint: vt pul-*

Capnion lib. 2. *chrè* Reuchlinus *ipse narrat: re autẽ vera prosodiæ nomen, quod idem cum accentu notat, latissimè patet, cùm sit pars secunda grãmaticæ cui velut obiectum id in quo versetur, syllaba subiecta est, ex quo fit, vt quæcunque notula aliquid circa ipsam designat, accẽtus meritò nũcupari possit: quapropter & hiphen, cui respõdet maccaph, & pesic cum quo conuenit diastole prosodiæ fuerint: sic itidem & metheg cuius officio apud* Latinos *interim fungitur accentus grauis, vt cùm scribimus à deo ne á deo proferatur: sed interest quòd metheg syllabam cui adiungitur, planè diuisim enunciandam minimè demonstrat. Si igitur tres isti, de quibus nobis institutus est sermo, videlicet* Metheg, Gahaia, & Maccaph, *nomine accentus donandi erunt, non grãmatici ac proinde nec musici fuerint appellandi, quando nihil neque ad tonum, neque ad cantionem facere hos constat: rhetoricus itaq; illos nuncupabimus. Præterea rudis quantumlibet sermo, vt notat* Capnion, *grammaticorum est, qui*

qui accentus suos solo inflectendi vsu obseruant: at ornata prolatio, quæ iuxta temporum dimensionẽ expenditur, potius ad rhetores spectat. Hoc quidem loco ap*positissimè aduertendum est, diuersam esse maximè &* Hebræorum, *&* Græcorum, *&* Latinorum *de accentibus institutionem, seu tractandi methodum.* Nam Hebræi *grammatici syllabicæ quantitatis rationem nullã habent: quoad constitutionem grammaticorum accentuum.* At Latini *saltem quantitatis penultimæ rationẽ ineunt, quod quidem* Hebräicis *grammaticis omissum rhetoricis partibus susceptum est. Sed iam ad rhetorici accentus descriptionem deueniamus.*

Rhetoricorum *accentuum descriptio, & distinctio. Cap.* 3.

SIT *igitur positum, quòd cum ratione consentaneum est, rhetoricum esse aliquem accentum, quem tamen illegitimum & acititium esse nõ refragamur. Siquidem non dissimilis est illi, quem ob reflexum encliticæ tenorem, tum* Græci, *tum etiam* Latini *asciscere solent, atque in dictione, præter natiuum constituere: fuerit autem rhetoricorum accentuum talis descriptio. Sunt enim syllabis dictionibúsue aduenientes rectæ lineæ, aliud quàm tonum vel cantionem nobis indicantes. deinde verò distinguere hos oportet: alij enim plures, alij pauciores in istum ordinem adscribunt.* Reuchlinus *enim tantum* Metheg, *alij hoc & maccaph enumerant, prætereuntes interim* Gabaia, *vel idem cũ retinaculo esse existimantes.* Verùm *hæc quidem separari*

rari conuenit, ne quem perturbet confusio. Porrò autem makeph, & resen figura dissentiunt, vt patet in catalogo, pariter & officio disconueniunt, vt posterius exponam, quò facilior est ipsorum ac magis expedita distinctio. At verò Metheg *&* Gabaia *figuræ ad inuicẽ consimiles, aliâs alio nomine vocantur: quin etiam separantur, quoniam gabaia ante sceua, sed metheg post motionem scribitur, nisi quòd in .ה. interrogatiuo præponi solet: idq́ue vt differat ab ה. articulo, cui adscribitur retinaculum in latere sinistro.* Ratio *autem huius diuersi situs inde nascitur, quia in ה. הַיְרִיעָה ponitur metheg loco daghes, sed in .הַשְּׁאֵלָה.ה. id est, interrogatiuo loco sceua sufficitur.* Ad *hæc officij discrimine, vt paulò post dicetur, separari commodè possunt: horum attamen triũ ea est inter se, vt videtur, connexio, & naturæ consensus, vt si cuiuis vni ex ipsis accentus appellationem detrahas, cæteros eadem ratione reiicere opus sit.* Q*uorsum enim metheg admittitur, si repudiatur gabaia: quòd si recipitur & hoc, cur maccaph excluditur? de tribus igitur hisce haud præter rem dicturi, ab accentu* Metheg, *qui eximius apparet, exordium sumamus.*

In quibus cõueniant & discon- ueniãt metheg & gabaia.

De *variis nominibus* Metheg, *necnon de eiusdem officio, ac vtilitate. Cap. 4.*

מֶתֶג Metheg, *id est retinaculum, dicitur & alio nomine* רֶסֶן, *quod frænum significat: hinc illi attributæ appellationes, quòd spiritum artificiosè retinendũ innuit, orationisq́ue decursum, ne temerè excurrat moderatur: nam alioqui sanè periculum sit, præsertim si*

polisyllaba

polisyllaba sit dictio, ne qua indecorè, ex prolatione cõcitata, aut literarũ, aut syllabarũ metathesis, siue transpositio fiat: tum etiam neque harum dimensio, seu quãtitas vsquam obseruetur. Vnde lepidè quidam Hebræus poëta, nec doctè minus vim, & cõmoditatem huius retinaculi, versiculis sequentibus expreßit.
כַּקּוֹרֵא בְּלֹא הַמֶּתֶג. כְּרוֹכֵב בְּלֹא הָרֶסֶן *quos ita παραφραστικῶς licet conuertere: non est minus absurdum legere sine metheg, atque sine habenis obequitâre ridiculum: perinde ac si diceret, fræno & lectorem, & insessorem pariter egêre. Vocatur autem & alio nomine* הַעֲמָדָה Elias sec.
hoc est statio, seu stabiliendi nota: quòd syllabas exilire non sinat. Neque defuerunt, qui vocarint מַאֲרִיךְ 7.
quoniam breues alioqui syllabas, quibus annectitur, producat: sed præstat hoc nomen ipsi merka, cui iam attributum est relinquere. Solet autem nonnũquàm adhiberi metheg emphasim quandam, & pondus adferendi causa, vt Gene. 3. הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה עִמָּדִי הִוא נָתְנָה־לִי מִן־הָעֵץ וָאֹכֵל *.i. Ipsa mulier quam dedisti mihi, &c. Vbi non tantùm* ה *articulus emphaticus, sed metheg itidem. Præterea positum idem retinaculum discrimen seruilium à radicalibus nonnunquam facit, & significationes distinguendi signũ est, vt futurum* יִירְאוּ *quod sensum timoris habet, hic loco* י *radicalis obtinet metheg, quod non secus quàm daghes, vel motio magna suppleat absentiam ipsius primæ essentialis literæ: aliàs* יִרְאוּ *si videndi significatione vsurpetur, sine metheg fuerit. Sic* יְשֵׁנוּ *cum metheg à radice* יָשֵׁן *sed quod eo caret à*

M the-

themate שְׁנָה *de huius autē non solum vtili sed propemodū necessaria cognitione talia ferè conscripsit* Elias, *Sec.* 7. *Omnino ait, quisquis sine metheg lectitat, haud extra offendiculi aleam, sed velut inter spem & metum constitutus est: ac propterea par est, vt qui expeditè lecturus est, ad methaguim studiosè aduertat. Sēque exerceat in ipsis à pueritia vt senioris memoriæ hæreant tenacius, sitque illi hæc didicisse per totam vitam iucūdum.* Hæc *ille, tu autem ex hoc nostro labore non parū ad eam rem adiumenti, vt spero, consequi poteris.*

Disquisitio *quorsum inuenta sit virgula* Metheg. Cap. 5.

P*Orrò autem accessionis istius retinaculi prima & summa vis est, vt sciatur, quænam syllabæ siue longæ, siue breues protrahēdæ sint: vnde & signatur ad vocalem producendam.* Hic *oritur perplexa quæstio, cur vocalibus magnis productionis significandæ gratia applicetur metheg.* Nam *quòd addatur segol, vel patach, aliúsue cum pro longis ponuntur, breuibus scilicet motionibus vt producantur, minimè id quidem mirum est: at verò longas vocales ex figura ipsa producendas intelligo: neque vllam corripiendam iudico, sic enim exempli gratia chiric magnum & cholem se habêre, vt* η *&* ω *apud* Græcos *mihi persuasi.* Inanis *igitur fuerit morandi notula vt pote, quæ id omnibus repræsentat, quod minimè eos latet, qui prima saltem linguæ sacræ rudimenta imbiberunt.* Ad

hoc

hoc ſanè dixerim retinẽdum hoc eſſe artificio ſpiritum, vt ne ſyllabam ſepares, ſed ſuſpendas: vt ne ab aliis, quibuscum idem vocabulum efficit diſſecta, ſed diſtincta audiatur: vt deniq; nõ aliter, quàm figura ſit, ſono ſeiungatur: quod autẽ adducitur motiones longas vbiq; produci, planè inficior, & aſſero in cõtextu aliud, & aliud ſeparatim de quantitâte ſyllabica iudicium ferendum: ſiquidem quemadmodum in oratione protrahuntur aliquando breues, ſic contrahuntur interdum & longæ, vt ſiquando proximè conſequatur accentus: exemplo ſit שָׁמַר *camets hic magnum eſt, inquit* Reuclinus, *attamen neque vox eſt producenda, neque retinenda: quoniam mox ſequitur accentus.* Vides *vt camets longum eſſe dicat, cùm non producatur: quid eſt autem longum eſſe, niſi duorum temporum dimenſionem habêre? Quid itidem produci, niſi hoc ipſum eſt? eritne igitur longum, quod nõ producitur? quòd ſi nõ erit magnũ camets, fueritne paruum?* An δίχρονα *potius dicentur hæc puncta, ſicut* Græcorum *ancipites, aut vocales omnes* Latinorum? *ex iſtis ſalebris, ſiquid rectè iudico, emergas, ſi natura ſua longam motionem, aliquando in ſerie contextus breuis quodammodo vicem gerere profiteare: itaque ſignatur hæc virgula* Metheg, *non vt vox ipſa exaltetur, & eleuetur: ſed vt certo quodam tempore, & quantitate retardetur: quemadmodum fit ſæpe in dictionibus latinis, vt in hac parte indeclinabili, dũtaxat, reflectitur quidem accentus è penultima in antepenultimam, ne ſcilicet diuiſim prolata intelligatur, ſed. ta.* Capnion lib. 2.

M ij ſyl-

ſyllaba nihilominus producitur, licet præceſſerit accentus: idem eſto iudicium de iſtis aliquando, ſiquando, ſubinde, périnde cæteríſque conſimilibus, de quibus conſule grammaticos latinos: nimirùm accentus toni ſyllabici eſt index, miniméque temporis: ſicut contrà metheg ſyllabæ dimenſionem ſolam ſpectans, indicandi officiũ toni aſpernatur & reiicit. Vnde fit, vt quod ad illud attinet, non illi grauis latinorum accẽtus, vt ſuperius dixi reſpondeat: ſed potius hæc lineola, quàm ſyllabis innuendæ ipſarum productionis gratia ſuperaddũt latiæ proſodiæ ſcriptores. His *itaque decurſis de nomine officióque ipſius, obiter item de commoditate, quam præſtat, iam conuenit aliquot canones præſcribi, vt vbinam ſupprimi & deeſſe oporteat, vbi collocari debeat, intelligatur.* Hos *igitur nudè & breuiſſimè ob oculos ponam, nec verò hic repetam nomina figuráſq; motionum, quòd minimè ad hæc accedentibus ignotas putem: tantùm dixerim motionibus quinque magnis, ſuperaddi patach, et ſegol, vt ſint motiones ſeptem, quæ retinaculum ſæpius vſurpant: ad quod reſpexiſſe conſtat authores* Maſoreth, *qui proinde & iſtis ſeptem titulũ regalem attribuerunt.* Dixi *ſæpius, quoniam admittunt & aliæ paruæ, præſertim ſi pro magnis ponantur, vt* גְּבֻלְךָ *terminus tuus* וְשָׂמְךָ *ſtatuet te, ac etiam ſi non ponantur pro magnis, vt* וְהָיָה: *erit: licet id rarius contingat, nec verò paruas motiones, quibus additur, vbique producit, namque vau ſcurec copulam ſequẽte maccaph non protrahit: vt docet* Rabbi Kimhi *in ſuo* Miclol *vbi*

hoc

hoc exempli loco adducit וְשְׁלַח־לִי *Et mitte mihi, vbi ſceua poſt ſcurec virgula metheg notatum quieſcit, id quod arguit correptum ibi eſſe ſcurec. Sed iam ad regulas veniamus.*

Canones de Metheg.

1 *Quælibet vocalis ex ſeptem paulò ante memoratis: quas reges vocari diximus, ante grammaticum accentū tertio loco exiſtens, etiam ſi per maccaph dictionum connexio fiat, ſæpiſſimè retinetur per metheg, vt*
כִּי־אֲנִי . תֵּצֵא־אֵשׁ . כֹּה־אָמַר . אָנֹכִי . מִזִּבְחוֹתֵיהֶם

Appendix.

Idem euenit nonnunquam & chiric paruo, vt מִשְׁנֵה־כֶּסֶף . וְסָלַח־לָה *Et kibuts, vt* יֻקַּח־נָא

2 *Omne camets ante ſceua retinaculo producitur, qua ratione à camets chatuph facilè diſtinguitur, vt* אָמְרוּ פָּקְדוּ : חָכְמָה *chocma, id eſt ſapientia.* Elias can. II.

Appendix.

Sic iudicium feres de reliquis motionibus magnis, vt יְמִינְךָ שׁוֹמְרִים יֵצְאוּ *Inſuper de patach & ſegol, præcipuè ſi litera ſceuata iteretur, vt* צַלְלוּ . בְּגַלְלֵי *aliqui tamen ſcribunt* צַלֲלוּ. *Ac etiam ſi non repetatur, vt* וַיְהִי *Idem pariter fieri contingit in chiric paruo, vt in* וַיִּסְּבוּ יִרְאוּ *vbi metheg, vt iam docui, pro iod radicali ſubſtituitur: vt ſit chiric paruū cum Metheg, loco chiric magni. Sic euenit motioni kibuts, cùm ponitur ꝓ ſcurec, vt* גֻּבְלָךְ *quibus in exemplis notādū eſt ſceua quod poſt motionem paruam, quæ retinaculo producta eſt, conſequitur, mobile eſſe, ac proferri.*

Exceptio.

Est autem exceptio à præcedentibus, si primam syllabam sequatur daghes, tunc enim abesse retinaculum solet, vt הַטָּאתִי.

Appendix.

Sciendum quòd in loco accentus rhetorici sufficitur nonnunquam grammaticus, vt, וַיַּעַמְדוּ וְשָׁכַבְתָּ. *vel virgula* מַוֶּה *vt* וְחָנֵה־שָׁם*: quòd his rationibus fit: nam ante zakeph ponitur interdum munach, vt* וְשָׁמַרְתָּ *& aliquando lineola* מַוֶּה*, vt* הַבָּשָׂר. *& ante azla Kadma vt* וְהֵבִיאוּתִים וַיָּבֹאוּ. *quibus ex locis colligitur, alibi reperiri Kadma, quàm in vltima sede, quamuis eam trãspositionẽ naturalis accẽtus non exigat, hoc verò fit, vt apparet, quia liceat accentui grammatico retinaculi locum vsurpâre, quod sedem vbîque habet, præterquam in vltimo loco, vnde nascitur hic Canon.*

Metheg nunquam ponitur in fine dictionis, nisi continuetur ipsa per maccaph, & ponitur cum omni vocali magna, quam sequitur vel quiescẽs apparens, id est cõsonans, vel quiescens absconditum, id est litera ארוי*, vt* בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל כְּבוֹד־יְהוָה *idem fit in istis, similibusque vocabulis,* שְׁתַּיִם יְמֵי בֵּין כִּי הוּא*, quando scilicet continuãtur per vniendi copulã. Additur & ipsi segol nonnunquam vt in relatiuo* מֶה*, quando applicatur dictioni quæ incipit ab vna literarum* אהו*. Quod sicubi in fine cùm nõ sit vocabulorum cõnexio reperies delineamentum metheg, ne duxeris id esse retinaculum (quis enim vltimam dictionis syllabam retinendam esse nesciat?)*

Elias sec. 8. & vltima.

at?) sed virgulam notæ protractionis ad similem, quæ grammatici, naturalísue accentus locum designet.

Omne milhel constructiuum per maccaph in locum natiui accentus retinaculum asciscit, vt מֶלֶךְ מִצְרַיִם *Rex AEgypti.* 4

Litera seruilis ante vocalem retinaculo productã, ha 5
bet & ipsa metheg, vt וַיַּעֲשׂוּ לַמַּחֲנֶה.

ה *particula demonstrandi siue appareat, siue occul-* 6
tetur, in בּכּל *habet ferè iuxta se metheg, parte sini-
stra, vt.* בַּמַּעֲשֵׂר. הָאָדָם. בֶּעָנָן. הַמְדַבֵּר. ה *verò interro-
gandi, vel admirandi, quoties habet solum patach, erit
retinaculum iuxta* ה, *sed parte dextra, vt* הֲשָׁלוֹם
Nunquid pax?

Omnis syllaba principalis incipiens ab vna literarũ 7
בּכּפּ, *quam sequitur gutturalis, patitur protractionis
notam, vt* בָּהָר מִחוּץ מֵעֵבֶר.

Omnis litera primaria & ministerialis, præcedens 8
חָיָה *vel* הָיוֹת *protrahitur per metheg, vt* אֶהְיֶה יִהְיֶה
בִּהְיוֹת לִהְיוֹת.

Sic omne vau conuersiuum ante iod retinaculo gau- 9
det, ut וַיַּעַשׂ וַיַּעֲבֹר *nisi sequatur daghes, vt* וַיְחִי

Si quinque aut quatuor syllabarũ sit dictio ferè sem- 10
*per habet duo retinacula, eaque aliquando continuati-
ua, vt* הַיְעָרָה. *& quandoque interiectis motionibus se-
parata, vt* הַחַטָּאת. *Inueniuntur etiam quædam dictio-
nes in quibus tria retinacula scribuntur.*

Puncta rapta, quæ ab aliis semipuncta, ab aliis cha- 11
tephim vocantur, exigunt ante se productionis notam,

vt

vt אֶעֱבֹר *vt* וַאֲכַמְּה, *nisi sint in principio dictionis, vt* אֲשֶׁר אֲדֹנָי *quod satis perspicuum est.*

Appendix.

Obseruandum sæpe ibi non esse punctum raptum, vbi esse videtur, nam camets chatuph, quasi sit chateph camets, perperam in quibusdam codicibus adiunctum sibi obtinet sceua, sic וְהָמְלַח *& sal. Itē ibi* בְּיָפְיֵךְ *in pulchritudine tua, quibus in locis non esse chateph camets inde*
Elias ca. 12. *probatur, quòd puncta rapta, vt tradit Elias, nunquam post se sceua admittant. Estque in iis hoc maximè obseruādū, quòd nō solum duo sed & tria sceuain à principio mox sequuntur, sed de his satis dictum est in nostris institutionibus lib. 1. Ex quibus elicies facilè, perperā coniugationē hopal scribi à principio cum* ־ֳ. *Eadem semipuncta secum neque retinaculum patiuntur, neque aliquem accentum grammaticum, sicut nec sceua, quod ipsum tamen obtinet gabia loco metheg: quod quidem gabia figura est, vt mox dicetur, nō dissimilis à metheg, sed situ & effectu distincta, nempe quia ponitur ante punctum, & quia sonum ipsius immutat, quod minimè facit retinaculum. De mugitu ergò, quoniā ad metheg refertur, canones aliquot præscribere hoc loco non fuerit absonum.*

Canones de Gabia.

Quandò post simplex sceua, quod in syllaba prima positū est, sequitur gutturalis, accedit ipsi sceua mugi-
Elias sec. 7. *tus in latere dextro, sic* כְּהַרְרֵי *sicut montes. Psal. 36. &* לְעוֹלָם תְּחִי תֵּאוּ *aliqui tamen aliter notant, nempe in latere*

latere sinistro, nos Eliam *malumus sequi.*

Omne sceua primæ syllabæ, quod antè iod scribitur, mugitu afficitur, vt בְּיָד *in manu.* Exceptio *est, si iod illud subscriptum habeat chiric, vt* וְיִשְׂרָאֵל.

Nomen tetragrammaton cōtinuatiuum per maccaph mugitum habet in sceua, vt יְהוָה־אֱלֹהֶיךָ.

Litera ministerialis sceuata ante syllabam, quam retinet productionis nota, mugitum obtinet, vt בְּרִאשֹׁנִים *Sicut autē ex canonibus istis regulas alias elicere possis, sic alibi inuentas ad ipsos poteris referre.* De *his igitur hæc satis.*

De gabia. Cap. 6.

גַּעְיָא, *id est mugitus: est virgula quæ cum hateph, id est sceua posita ad latus dextrū, dilatat lectionē ipsius, sonumq; immutat: nam ante iod sceua gabia profertur vt chiric, vt* בְּיַד *biiad, sed ante literas* ח ה ע א *vt vocalis ipsarum, vt* תְּחִי *tichi* דְּעוּ *duhu: alibi verò, vbicunq; sit, legitur vt patach* לְבַב *lauau* וְנִסּוֹבָה *vanascuua: scribi autem debet, vt docet* Elias, *in latere dextro, vt differat à metheg, poniturque tantum in principio dictionis, & aliquando proximè ante grammaticum accentum, vt in adducto* בְּיָד: *hoc autem ipsi retinaculo nullibi licet, nisi interueniēte copula maccaph, vt* בֵּית־יִשְׂרָאֵל. Eze. 19. *Sonat autem vt diximus mugitum, ob id attributum nomen, quia ante iod & gutturales eiusdem soni concursum faciat, vnde nascitur hiatus, id est vocis eiusdē iterata prolatio, non decet autem mugitum cum retinaculo confundi, cùm inter se maximè diuersa cernantur.* Reuchlinus lib. 2.

N Nam-

Namq; sceua gabia syllabam non producit, retinet tamen, ne scilicet duo soni consimiles in vnum coallescant: at retinaculum præterquam quòd syllabam retentat, etiam protrahendam docet: vnde moræ vel extensionis nota rectè appellatur: necnō הַעֲמָדָה, id est statio, vt dictum est. Elias tamen asserit gabia significâre clamorē, nominisque notationem tradit hanc, quia productè inquit legi debet, cui reffragari nolim, sed mentem ipsius explico, ac dico, non esse consentaneum sceua, quod sæpè obmutescit, ob annexam virgulam, iuxta magnæ vocalis dimensionē, proferri: idq; inde colligas, quia ipsum sceua gabia, alibi quàm ante iod & literas gutturales, vt superius dixi, per patach efferendum sit. Itaq; intellexeris dilatari sceua ratione soni, quoniam alioqui sonet vt segol, vel aliorū iudicio, vt Gallicum. e. quod fœmininum vocant: neque non ab aliquibus vbique supprimatur. Quas ob res ita per virgulā erectam produci dicatur, vt ipsum idem sub gutturalibus accessione motionis paruæ dilatari tradūt. Neq; verò gabia, quia cohibetur mugitum, siue hiatum edit, nam id mugitum potius impediat, sed quoniam sequitur, vt dixi sonus & vox eadem: neque ob id quidem initio crediderim excogitatum id fuisse, vt syllabam coërceret, sed vti sonum ipsius sceua immutatum ostenderet: paulò post tamen à metheg, cum quo erat figura par, & consonum retinēdi officium suscepisse videtur. Cæterùm de ipsius collocatione canonem vnum & alterum habes inter regulas metheg: proinde hæc sufficiant.

De

De Maccaph. Cap. 7.

מַקָּף־, *hoc est quod Græci ὑφὲν, Latini subunionem dicunt, virgula est transuersa dictiones paruas cum magnis interiectu sui copulans, sic* עַל־הָאָרֶץ *vnde copulam interpretantur, seu colligamẽtum: quippe à Chaldæa radice,* נְקַף*, quæ coarctare significat, deflectitur. Quidam vocant ipsum &* סָמִיךְ*, id est sustentatio: quia sustentẽtur in ea virgula duæ dictiones, nos cõnectionẽ, seu copulam, quòd significationi dictionis quadrat, & ad rẽ præsentem magis est accõmodum, vertere maluimus, id siquidem innuit Elias, qui nominis etymologiã tradit hanc, quia simul coniungit duas dictiones. idem in capitulo Cantici 4.* דָּחִיק*, id est arctatorem siue vrgentem nominat, quæ videlicet appellatio cum præcedentibus eodem refertur. Differt autem à retinaculo, colligamentum, quasi ex diametro: quòd illud morula interiecta syllabas ferè separatim enuntiet, et retardet à natiuo accentu, hoc verò connectione quadam ita coarctet dictiones, vt quasi vnicum ex duobus vocabulũ conflatum sit, subnaturalem vnum quendam accentum cogat. hic naturalem appello eum, qui syllabam acuendam monstrat: nam alioqui grammaticus accentus cum rhetorico locũ habêre potest, in vocabulis distinctis, nedum in his, quæ per maccaph continuantur. Quinetiam accidere potest, vt grammaticus consortem grammaticum patiatur in dictionibus, quas maccaph consociat: quanquam id rarius, & ferè cùm prior ex metheg cõfectus est, vt* וְהִנֵּה־שָׁם *Ezech. 8. Insuper maccaph po-*

ſitum poſt camets, paruum id eſſe indicat: Metheg *verò ipſi camets additum, magnum id eſſe vbiq; declarat.*

De collocatione Maccaph. Cap. 8.

Itaq; *interſeritur mackeph, vt ne duarũ dictionũ accẽtus cõtigui ſint, quod habet* κακοφωνίαν, *vt ſi diceretur ibi* וְיוֹסֵף לֶקַח *mirũ ni continẽter iterata eleuatio odioſa ſit, proinde interiacet maccaph prioris videlicet accentus expungendi cauſa, ſic* וְיוֹסֵף־לֶקַח *ratio eſt, quoniam grammaticis accentibus vix liceat eſſe contiguis, ſicut in ſequentibus oſtendam, veruntamen rhetorici accentus contiguitatem tolerant ſæpè, vt cùm maccaph et metheg, & retinaculum duplex adhibetur in orationis contextu, ſic grammatici & rhetorici: nam gabia & metheg, interueniente maccaph, proximè ante propriũ aliquem accentum conſiſtere poſſunt, poſt quem etiam maccaph aliquando mox conſequitur.* Præterea *nõ rarò ad ſolum ornatũ adhibetur, ſicut metheg & daghes, vt ſcripſit* Elias *in capitulis Cantici.* Ad *hæc constructiuas particulas ferè ſemper connectit, vnde & contigua conſtructio et vnio conſtruentis, & conſtructi nõnullis dicitur. Conſtructiuas partes voco, quarum alia aliam regit, vel regitur ab ipſa: vt* מֶלֶךְ־מִצְרַיִם. עַל־פַּרְעֹה. בֶּן־אָדָם. *dixi verò ferè ſemper duplici nomine, primùm quia non ſit neceſſe, vt omne quod copulatur per maccaph, conſtructiuum ſit, namq; hæc monoſyllaba conſignificatiua* יֵשׁ כֵּן לֹא כֹּה כִּי אַל מִי עוֹר אִם רַק שָׁם אַךְ עַד גַּם · אוֹ *& ſi qua ſunt alia conſtructiua non ſunt & tamen copulatur per maccaph, vt*

כֹּה־אָמַר. Item dißyllaba & polißyllaba, vt חָנָה־פַּתַּח *לְבִלְתִּי־שׁוּב. aliaque non pauca : deinde verò quoniã constructiuis partibus sæpißimè se non intermiscet, vt* אֶרֶץ כַּשְׂדִּים וְכֹל אֲשֶׁר *quæ exempla paßim occurrunt.* Ezech. 12. *Denique quod omnibus notum est, vti colligat dictiones interesse solet præsertim paruas, id est quæ vnica motione constant. Et hæc de collocatione maccaph, pergamus ad reliqua.*

De constructione dictionum, quas copulat Maccaph. Cap. 9.

P*Ræter consignificatiuas autem monosyllabas, quas supra retulimus, ferè semper maccaph in statu regentis, & recti, construentis, & cõstructiui intercedere solet, id exemplis perspicuum fiet. interiacet enim maccaph inter regimen singulare, vt* דְּבַר־יְהוָה *inter regimen plurale, vt* בְּנֵי־מִצְרַיִם*, inter articulum & casum, vt* אֶת־בְּנְךָ*, inter relatiuum & antecedens, vt* כָּל־אֲשֶׁר*, inter relatiuum & verbum,* אֲשֶׁר־נָתַתִּי*. inter relatiuum & consequens, quod per substãtiuum verbum exponitur, vt* אֲשֶׁר־הוּא *quod ita vertitur qui est, inter quæsitiuum & pronomen separatum, quod eiusdem verbi substantiui vim obtinet, vt* מָה־אַתָּה רוֹאֶה *quod ita transfertur, quid es videns? aut, quid vides? inter nomina, quæ per appositionẽ conueniunt, vt* יְהוָה־אֱלֹהֶיךָ *inter substantiuum & adiectiuum,* וְכָל־בַּיִת *& omnis domus.* וְאִישׁ־אֶחָד *& vir vnus: inter nominatiuum & verbum, vt* אַל־תְּהִי־מֶרִי *id est, ne fueris rebellio: inter verbũ & nomẽ, vt* וְשִׁלַּחְתִּי־אֵשׁ

& immittam ignem, & si particularia disquiramus, inter benoni & nomen, vt כָּל־חַיּוֹשְׁבִים *omnes habitãtes. inter infinitiuũ & nomen, vt* בְּשׁוּב־צַדִּיק*, id est ad verbum, In reuerti iustum: latinius, Cùm reuertetur iustus: sed potius vniuersalia spectemus, nam præter hæc interponitur colligamentum inter verbum & pronomen affixum, mediante articulo, vt* וְשִׁלַּחְתִּי־בָהּ *& immittam in ipsam: & inter verbum & separatum pronomẽ absque interuentu articuli, vt* חַי־אָנִי *Viuo ego: inter præpositionem & casum, vt* עַל־יְרוּשָׁלַיִם *aduersus Ierusalaim* מִן־הָאָרֶץ *de terra,* אֶל־הַנָּבִיא *ad prophetam:*
Ezech.3. *denique inter duo verba, vt* לֵךְ־בֹּא*, id est eundo eas.*

De mutatione punctorum, quæ fit propter maccaph. Cap.10.

S*Ed iam ad punctorũ mutationem, quæ ratione colligamenti fit, accingamur. Quoduis igitur Hebræum vocabulum, vel in literam* אהוי *vel in alias quascunque desinit: & siquidem dictio terminetur litera* אהוי *immutatam seruat vltimã motionem, nisi forte in paucis, vt in relatiuo* מָה*, cuius camets omni accentu sublato per maccaph, transit in patach, vt* מַה־יִּהְיֶה *quid erit? quòd si dictio finiatur litera, quæ non sit vna ex* אהוי*, eam literam aut motio breuis antecedet, quæ nunquàm mutabitur, aut longa, & mutationi obnoxia erit: quòd vti percipias, iam tibi canon quidam insignis, qui & vltimo libro repetetur, hoc loco discendus est: hinc enim puncta ante maccaph mutandi ratio mansuit. Porrò is est. Omnis consonans finalis (per*

con-


consonantem, intelligo literam, quæcunq; non quiescit) omnis inquam huiusmodi litera, quando finem occupat, longam ante se motionem pati non potest, nisi accentu, saltē rhetorico, fulta sit, cuius quidem causa est, quoniā sub quolibet elemēto, quod motione caret (excipe quietas אהוי) debet subscribi sceua, quod q̄dē sub litera quæ terminat vel syllabā, vel dictionē raptū dicitur, in eaq́; si non exprimitur, virtute tamē inexistit, iam verò sceua raptum post motionem magnam non sequitur, sicut nec daghes, nisi ea motio sibi annexum accentùm obtineat: vnde longa vocalis, non potest præcedere finalem consonātem nisi accentu fulta sit, quapropter cùm maccaph tollat accentum à præcedente syllaba consequi videtur semper tum mutari vocalem, quæ propinqua est colligamento, neque vnquam alias regulariter, nisi cum ea motio longa est, & sequitur finalis consonans, eáque syllaba, quam constituunt, nec rhetorico saltem accentu, qui eandem vim cum grammatico catenus habet, suffulta est. Ex *quinque autē motionibus magnis, chiric longum immutatum vbîque manet, quoniā vel metheg, vel seruilem accentum ante maccaph retinet.* Reliquæ *verò partim mutantur sic, camets in patach, sicut* יַד־יְהוָה *tsere in segol, vt* בֶּן־אָדָם, *cholem in camets chatuph, vt* זְכָר־נָא *zecor na, pro* זְכוֹר־נָא *recordâre obsecro. Qua in re differt quidem metheg à maccaph, quoniam illud indicet camets magnum, hoc verò paruum, denique mutatur vau scurec in kibuts, vt* נְאֻם־יְהוָה *dictū* Domini. P*artim verò immutata permanet harum vocalium quātitas*

titas

titas, nempe dum accentu aliquo fultæ ſunt ante maccaph, vt עֵץ־הַגֶּפֶן *lignum vitis.* בְּתוֹךְ־הַגּוֹלָה *Eze. 10. in medio captiuitatis.* בְּשׁוּב־צַדִּיק*, cùm reuerteretur iuſtus. Cæterùm dictiuncula* כל *ante maccaph, nunquàm habet cholem nec proinde tunc vllum obtinet accentũ, nec reperitur per camets chatuph, niſi quãdo per maccaph ſequenti annectitur. Ac de rhetorico quidem accentu hactenus.*

LIBER QVARTVS, DE *natiuo accentu.*

De vtilitate ſequentium. Cap. 1.



VATVOR *libros de accentibus, eo quo ſunt ordine, diſponendi hoc inſtitutum fuit. Primùm enim de figurato accentu agendũ putauimus, deinde de Natiuo. Eſt autem figuratus triplex, ſcilicet Grãmaticus, Muſicus, & Rhetoricus. Primo igitur libro de figuris, deq; vniuerſali natura figuratæ proſodiæ quædã tradidimus. Secũdum verò grammatico, qui idem eſt muſicus aſsignauimus. Tertium denique accẽtui rhetorico deſtinauimus. Atq; hactenus quidem figuratorum accentuum natura explicata eſt, Supereſt igitur quartus hic liber, in quo de Naturali*

turali tenore (qui ibidem ferè cum figurato residet, sine ipso tamen plerunque est) differendum statuimus. Ne verò se remißiores præbeant, qui ad librum hunc legẽdum accesserint, prædictum hic volo, hunc vtilißimum esse inter cæteros: quippe cùm reliqui libelli sine isto nequeant perfecti existere: hic verò absq; aliis pulchrè stare queat, vt pote qui illorum adminiculo, & præcognitione minimè indigeat, eiusq́; extet cõmoditatis, vt si abs te perceptus fuerit, syllabæ cuiuslibet, quæ quidẽ tono inflectenda sit, notitiam tradat: idq́ue non modo eorum vocabulorum, quæ in biblico contextu figuratis insigniuntur accentibus, sed illorum etiam quorumcunque, quæ in aliis Hebræorum monumentis, absque accentuum figuris inueniuntur. Sola enim Biblia figuras prosodiarum vsurpant, quoniam cantillantur: reliqui verò apud Hebræos libri apicibus accentuum destituuntur. At nihil tamen proferunt Hebræi sine accentibus natiuis, absque eo quod designẽtur figuræ, quæ syllabæ eleuandæ sint indices, sicut & Latini, qui sine descriptis figuris legunt aptißimè, & fecêre itidem olim Græci, vt Politianus refert. Nimirùm quia regulis præscribitur, quo syllaba cuiuscunque vocabuli tono efferẽda sit, facilè id vbiuis, sine alio indice intelligi potest. Iam igitur canones præscribam, quibus sine vllis figurati accentus, apiculis, pronunciâre quamlibet dictionẽ suo tenore queas. Quod antequàm incipiamus nonnulla, quæ ad eam rem pertinent, præponenda videntur.



Naturalis accentus finitio & distinctio. Cap. 2.

Definitio natiui accentus.

QVò melius intelligatur quid sit id, de quo disseretur, finitionem accẽtus natiui ante omnia trademus. Est enim tenor ille quem dictionis apta prolatio alicubi exigit, cuius nulla ratione locus est mutabilis. Quibus rebus à figurato accẽtu, de quo in tribus libris superioribus pertractatũ est, facilè distinguitur. Ille siquidem minimè ipse tenor est, quemadmodum probauimus, sed tenoris, aut certè cantionis indicium. Atque hoc quidem duntaxat figuratis grammaticorum accentibus contingit, vt scilicet sint toni, tenorísue indices: Cæterùm notulæ rhetoricæ, quia vel separant & protrahunt, vel copulant, vel sonum denique immutant, longè ab eleuandæ syllabæ officio abesse videntur. Hic verò, de quo agitur, nomine accentus propriè appellandus est, quia sit quasi cantus cuiuscunque vocabuli: ac siue aliqua figura insignitus sit, siue omni careat notula, pmanet tamẽ idẽ suo loco, cùm minimè in figura, sed in tono ratio ipsius, velut in cardine cõsistat. Quando igitur in aliqua dictiône alibi figuratũ, quàm natiuum accentum inueneris, proferes suo loco natiuum semper: figuratum verò, si grammaticus erit, cantionem musicam tantummodo indicâre censebis: idque, quoniã omnibus inconfesso est in qualibet dictiône vnicam dũtaxat sedem accentui natiuo existere. Ea verò sedes frequentior est Hebræis in vltima, Latinis autẽ & Græcis

contra

cõtra, quippe qui penultimas vel ante penultimas frequentius attollunt. Porrò aliqui è figuratis accentibus perpetuò primam sibi sedem vsurpant, vt Telissah *maior, vt ietib, vt gueres, et nõnulli alij. Aliqui verò semper vltima sede potiuntur, vt zarka, vt tiphcha & cadma: & præter hos nonnulli. Quibus ex rebus accidit, vt alibi quidem sit figuratus interdum, & alibi naturalis accentus. Quo etiam tempore contingit geminari eundem in dictiône accentum, vt superius attigi, scilicet, vt ne in proferenda dictione hallucinemur, indicantes eam syllabam eleuãdam esse, quæ notam habeat adscriptam. Cæterùm ex iis, quæ præcesserunt, ratum esse oportet, naturalem quemuis accentum acutæ esse prolationis. Ostendimus enim libro primo, accentuuncularũ grammaticarum apices, non nisi toni acuti indices haberi oportêre: vnde obiter consequi dixerim, omne monosyllabum apud* Hebræos *acuti esse toni. Omninò enim aliquo tenôre proferenda est quæuis dictio, nisi colligamenti interuentu vocabulorum vnio fiat: imò verò quælibet syllaba aliquo accentu pollet, siue cũ aliis coalescat, quo vocabulum aliquod conflatum extet, siue eadem significationis ratiône vocabuli sortiatur nomẽ, & proferatur quidẽ vel seorsim distincta, vel coniunctim copulata. Est siquidem accẽtus syllabæ quasi anima, sic illi conueniens, vt à potestâte illius separari nequeat: quippe cum neq; vox sine tono, nec sine eodem vlla syllaba proferri poßit. Verùm dominatur semper vnus aliquis in dictiône accentus, qui & natiuus dicitur: reli-*

qui verò sunt graues, & syllabici vocãtur: ac nobis tacentibus facilè dignosci possunt. Quapropter hic tãtùm de loco accentus natiui canones præscribere statuimus, hos scilicet, quos ex primo libro Reuchlini eo artificio quo potuimus, confecimus.

Canones de Natiuo accentu. Cap. 3.

Primus canon. *Omnis accentus naturalis sæpißimè vltimam syllabam sibi vendicat, vt* פָּקַד *aliquando tamen & penultimam extollit, vt* מֶלֶךְ *antepenultimã verò nũquàm, nisi aliqua paragoge fiat, vt in* לַיְלָה *Psal. 1. vel vitanda sit accẽtuum contiguitas euphoniæ causa, vt* בָּגְדוּ בָהּ*, id est expreuerunt eam, Threno. 1. aut sit legendũ sceua propter literam repetitam, vt* תְּבוֹנְנָה *intelligetis se.*

2 ca. *Monosyllaba, quæ dictiones accentuum Hebræis dicuntur, nunquam accentu carent, nisi copulentur per maccaph: vt* בֶּן־אָדָם *fili hominis.*

3 ca. *Nullum sceua neque dilatatum, neque simplex naturalem recipit accentum: vnde & hi canones deriuãtur.*

4 ca. *Dissyllabum quoduis, si in priore syllaba habeat quoquo modo prolatum sceua, semper erit milrah, vt* אֲנִי, נְאֻם, אֱמֶת, אֲשֶׁר *dictum, veritas, &c.*

5 ca. *Polysyllaba dictio, cuius penultima scribitur dilatato sceua, est & ipsa milrah, vt* אֶעֱשֶׂה, תַּעֲשׂוּ *faciam, facietis. Sed si erit in penultima sceua simplex, tunc vel profertur ipsum, & erit dictio milrah: vt* אֹמְרִים. וַיְהִי*. dicentes, & fuit. vel erit ipsum vocabulum milhel, vt* תִּפְקֹדְנָה, יָכֹלְתִּי *in quibus exemplis obseruabis non legi sceua*

*ſcena poſt motionem magnam et etiã dici milhel quãdo accentus eſt in antepenultima.*Nam *quod interim propter paragogen reſiliat dictionis tenor ſuperius annotatum eſt.*

Conſonantem finalem proximè antecedens longa vo- 6 ca.
calis vbiq; naturali accẽtu pollet, vt צָפוֹן אֱלֹהִים.קָהָל *ſeptẽtrio.* לָכֵן *propterea,&c.*Nã *huius multa ſunt exẽpla.*Per *conſonantẽ verò,vt in tertio libro explicatũ eſt, intellige literã quæ rapitur ad præcedentem ſibi motionem,& minimè quieſcit,ſiue ſit ipſa ex literis* אהוי*,ſiue non ſit.vnde & colligitur ſubſequens canon tripertitus.* 7 ca.

Omne.ה.*notatum puncto mapik in fine dictionis,& omne iod itidem finale;habens in ſe abſcõditum mapik: adhæc omne vau poſt iod literam indicem numeri pluralis,naturalem exigunt accentũ, vt* כְּאִמָּהּ בִּתָּהּ *qualis mater,talis filia.*Eze.16. לְפָנָיו *faciebus eius* דְּבָרַי *verba mea: quod nimirum eatenus fit,quoniã hæ quieſcẽtes per mapik reliquarũ vim & naturã literarũ accipiãt.*

Omnis *dictio* עַל מִשְׁקַל דֶּרֶךְ *id eſt, eius formæ cum* 8 ca.
דֶּרֶךְ *eſt milhel.Sunt autem huius formæ tres ſpecies ratione gutturalium.* Nam *ſi aſpirata inuenitur in calce vocabuli, poſterius ſegol in patach tranſibit, vt* שֶׁמַע צֶמַח *quod ſi erit aſpirata in medio,erit vtrinq; patach pro duplici ſegol, vt* שַׁעַר *porta.* שַׁחַת *fouea.* בַּעַר *electus.*סַעַר *tempeſtas,& ſimilia.*Ex *quibus apparet patach & ſegol ſymbolicum inter ſe tranſitum habêre.Sed ſi fuerit aſpirata in litera principali, aut ſine aſpiratis extiterit vocabulum, permanebit vtrunque ſegol: vt,*

נֶגֶר.חֵלֶק.אֶרֶץ *& similia. Itaque vt concludam breuiter omnia huiusmodi vocabula sunt milhel. Obseruandum autem quando patach factum sit ex segol, nam nomen* פַּחַת *, id est dux, Aggei. 1. est milrah quia est in statu regiminis mutato.* ה *. in.* ת *. & camets in patach, quòd vt rarissimum in nominibus masculinis annotat Rabbi Da. Kimhi in suis Commentariis. Sic dices de numerali* אַחַת *quod est milrah, nẽpe quia duplex patach quo scribitur, non confectum est ex duplici segol, de eo tradita regula intelligi non debet nec ab illa exceptionem facit, sic iudicabis de* אַחַר *quod pro* אֶחָר *inuenitur. Ex hoc autem canone alius suboritur, nempe hic.*

9 ca. *Polysyllaba quorum duæ postremæ syllabæ referunt formam* דֶרֶךְ *sunt & ipsa milhel, vt* דְּבֶלֶת *massa de ficis. Esaiæ 38.* עֲטֶרֶת *corona.*

10 ca. *Nomina quinque punctorum, quæ magnam cum illis, quæ sex punctis consistunt, affinitatem habent, adeò vt sint pleraque vtriusuis formæ, sicut* חֵרֶב *gladius, quod nomẽ alicubi habet segol in priôre, sic* חֶרֶב *hæc inquam nomina efferuntur accentu milhel, vt* סֵפֶר סֵתֶר . מֵצַח *יֵשַׁע & similia, in posterioribus exemplis patach pro segol ponitur. Atq; hinc rursum oritur canon sequens.*

11 ca. *Dictiones polysyllabæ, quarũ syllabæ postremæ formam nomimum, quæ pũctis quinque conflata sunt, imitantur, accentu afficiuntur in penultima, vt* תְּבֵלֶת *hiacyntus. Exo. 25.* שְׁחֵלֶת *. Exo. 30.*

12 ca. *Quoduis nomen* קֹדֶשׁ *עַל מִשְׁקַל קֹדֶשׁ, .i. de pondere* קֹדֶשׁ *siue eiusdem formæ, cùm* קֹדֶשׁ *est milhel, vt* חֹדֶשׁ *mensis.*

sis. בֹּחַן *probatio.* שֹׁרֶשׁ *radix.* נֹגַהּ *splendor*. Amos.5. *Excipiuntur benoni quiescētium lamed he vt* בֹּנֶה *ædificans. & nomina quædam deriuata ab illis quiescentibus, vt* חֹזֶה *pactum. Isaiæ* 28. & מֹשֶׁה. *Atque hic quidem canon & alium canonem, velut ansa ansam, trahit, nempe hunc.*

Polysyllaba quorū finales syllabæ repræsentant formam קֹדֶשׁ *sunt & ipsa milhel, vt* פָּרֹכֶת *velum. Num.* 4. 13 ca.
& שִׁבֹּלֶת *Iudicum.*12.*spica.*

Dissyllaba, quorum prima est camets, & secunda segol, accentu in penultima efferuntur, vt אָוֶן *iniquitas.* 14 ca.
מָוֶת *mors. quo ex canone alius subnascitur, videlicet.*

Dictiones polysyllabæ quæ desinunt in segol præcedente camets acuuntur in penultima, vt צַלְמָוֶת *Vmbra mortis. Esaiæ* 9. 15 ca.

Quotiescunque in fine dictionis sub. ע. & .ח. *gutturalibus asperis substituitur patach post alias motiones magnas, quàm camets, adhibendus est accentus proximè ante patach, ut* כֹּחַ *fortitudo.* שָׂבֵעַ *satiatus.* שִׂיחַ *arbor.* יוֹדֵעַ *intelligens, & similia.* 16 ca.

Appendix.

Sciendum rationem canonis istius inde pendêre, quòd si subtrahas patach à dictionibus illis, supererit consonans finalis post motionem longam, atque idcircò accētu ipsa longa fulcienda fuerit, accessione autē facta per paragogen, non mouetur quidem suo loco accentus, sed vnà cum illo transfertur. Quod autem planè accessoriū sit patach, inde apparet, quia vocabula illa quæ ob gutturalem

turalem ipsum assumunt, huius esse formæ dicūtur, quā referunt ablato patach: est enim אֱלֹהַ Deus, *formæ*
Regula notāda de formis nominum. תְּהוֹם *abyssus: nam sicut sceua simplex & dilatatū sub gutturalibus in ratiône formæ, nominum similia censentur, sic etiam syllaba, quæ quia est sine finali aspirata respuit patach, alteri quæ ob contrariam rationē assumit ipsum patach, similis habetur.*

17 ca. *Quæ sunt formæ* פְּעִי *sunt milrah per quartum canonem, vt* כְּלִי *vas* פְּרִי *fructus eademq;, si sequatur milrah, aut sint in accentibus diuisiuis, mutato sceua in segol transeunt in milhel, vt* אַל־תְּהִי־מֶרִי בְּבֵית הַמֶּרִי Ne fueris rebellio in domo rebellionis. Ezech. 1.

18 ca. *Quæcunque desinūt in.* י. *vel in.* ה. *formatiuum fœminini generis omnia sunt milrah, vt* עָנִי *afflictus.* צְדָקָה. *iustitia.* יְהוּדִי. Iudæus. בְּרָכָה *benedictio.* חָדְשִׁי. Hodsi, *nomen regionis,* 2. Regum. 24. Excipies *ab hac regula primam personam præteriti, quæ penacuitur, vt* פָּקַדְתִּי Visitaui, *& similia.* Adhæc *quæ desinunt in.* י. *præcedēte cholem, vt* צֹרִי חֳלִי קֹשִׁי *mel, oleum, resina.* Ezech. 27.

19 ca. Nomina *quæ retinent formam* גַּלְגַּל *dissyllaba, siue polysyllaba, sunt milrah, vt* יְרַקְרַק חֲרַחַל Leuitici 12. Si *alba vel rufa macula fuerit infecta.* Eadem *est ratio, si sit chirik loco patach prioris, vt* צִלְצַל Iob. 40.

20 ca. *Sic etiam quæ referuntur ad formam* מִקְנֶה *vel* מַעֲנֶה *accentu afficiuntur in vltima, vt* מִקְרֶה Res *fortuita.* מַרְאֶה *aspectus.* Ezech. 1.

21 ca. *Quæ sunt* לַיִל מִשְׁקַל עַל *vt* יַיִן Vinum. חַיִל *exercitus* בַּיִת *domus. Signatum habent accentum post patach ac*

mono-

monosyllabicæ proferenda sunt, si credimus Reuchlino.

Dualia quæ desinunt in יִם *præcedente patach, obtinent accentum in ipso patach, eruntque milhel si soluatur diphthongus, at si proferatur patach confuso sono cũ* יִם *tanquã vna syllaba diphthõgata: vt censet* Reuchlinus, *ea fuerint milrah, vt* כַּפַּיִם *manus, dissyllabicè.* 22 ca. Capnion lib. 1.

Magna motio, quam sequitur daghes, afficitur accẽtu, vt אֵלֶּה.חֵמָּה.לָמָּה. *Sed ne hanc regulam conuertendam putes. Neque enim oportet si longa vocalis accentu notata sit, eam literam, quæ consequitur, signari pũcto daghes, sicut manifestum est in* יֵלֵכוּ *ibant.* Ezechi. 1. *& in omnibus his, quæ superius ostẽsa sunt esse milhel, cùm tamen eorum penultima sit lõga, nec litera sequẽs habeat daghes, vt* אֶבֶן *lapis.* קֹדֶשׁ *sanctitas.* 23 ca.

Regimen *singulâre fermè retinet accentum absoluti, vt perspicuum fiet experienti singula: vt* לָשׁוֹן *lingua, in regimine* לְשׁוֹן *idem patet in exemplis* צִדְקַת דְּבַר, *& similibus.* 24 ca.

Regimẽ *autem plurale nequaquam dubium est, quin sit perpetuò milrah, vt* דִּבְרֵי Verba. בִּגְדֵי Vestes, *& similia illis.* 25 ca.

ה. *in nominibus numeralibus contra vulgatum morem masculinum genus constituit, & sicut* .ה. *formatiuũ fœminini generis annexo fruitur accentu, vt* אַרְבָּעָה *quatuor viri.* חֲמִשָּׁה *quinque viri, quorũ fœminina sunt* אַרְבַּע *quatuor fœminæ, &* חָמֵשׁ *quinque fœminæ, & hoc pacto cæteris id genus accentum attribues, seruata vbique analogia.* 26 ca.

27 ca. ה.נוֹסֶפֶת id est paragogicũ siue redundans, non mutat quidem accentum, sed facit vt qui erat in penultima sit in antepenultima, & qui in vltima in penultima, vt לַיְלָה nox, קוּמָה surge.

28 ca. וֹ Vau cholem finale, siue affixũm sit, siue quiduis aliud tono semper inflectitur, vt תְּאוֹ, id est ferus bos, à priscis alce dictus. Deut. 14. item דְּבָרוֹ Verbum eius. Eadẽ fuerit ratio, si loco vau quiescat .ה. litera, vt כֻּלֹּה Ezech. 10. omnis ipsa domus Israël. Quoniam verò de affixis sermo incidit eorum statui rationem, quoad accentus attinet, breuissimè complecti.

De naturali accentu consignificatiuorũ. Cap. 4.

Quæ superioribus regulis comprehensa sunt, licet magna ex parte ad Hebræa quæuis vocabula exporrigantur, tamen ad nominum tenorem percipiendum præcipuè conducunt: quo nomine adducti sumus, vt rem suis numeris absoluturi, canones etiam consignificatiuorũ & verborum constitueremus. Hos igitur cum superioribus edices.

1 ca. Affixa hæc nẽpe ךָ, quãdo præcedit ipsum segol, vel quia affigitur pluralibus, vt דְּבָרֶיךָ verba tua, vel quia sit in accentu diuisiuo, vt דְּבָרֶךָ verbũ tuũ, pariter & ךְ quando præcedit ipsum iod pluralitatis index, vt דְּבָרַיִךְ verba tua. fœmin. Requirunt ante se accentum.

2 ca. Simili modo & הָ, & הוּ, & מוֹ, vt דְּבָרֶיהָ verba ipsius, fœmin. פְּקַדְתִּיהוּ Visitaui illũ. לָמוֹ illis, & similia.

3 ca. Sic etiam נִי, נוּ & נָה, non solum vt sunt affixa, sed quoquo modo dictionem aliquam finientia, vt בִּעֲתַתְנִי terruit

terruit me, חִשְׁבַּעְתָּנוּ *adiuraſti nos.*Huc referes אֲנַחְנוּ *nos* פָּקַדְנוּ *viſitauimus*·Cæteráque id genus.Remorari ſiquidem facit prolatio literæ.נ.& præcedentem ſyllabam per accentum ſiſtit.Vnde & in defectiuis pe nun, quoties ea litera ſecundum grammaticales regulas, ad præcedentē rapiēda eſt,eliditur,quod nobis in mentem adducit,vt agamus de verbo, nam cætera quidē affixa ſecum habent accētū,ſiue iungantur verbis, ſiue nominibus,ſiue etiam aliis orationis partibus: reliqua verò conſignificatiua,ad traditos ante canones non incōmodè referentur, niſi fortè annotâre libet אָנָּה,ſiue quod idem eſt אָנָּא obſecro,eſſe milhel:quanquam et iſtud docuit vigeſimus tertius canon. Adhæc pronomina ſeparata אַתָּה *tu.*& אַתֶּם *vos.*Inſuper aduerbiū זוּלַת *præter,* eſſe milrah. Cæterùm, articuli, ſi ſeparatim erunt acuentur vt monoſyllaba:ſin cum affixis connectentur, affixorum ſeruabuntur regulæ, vt לְךָ *tibi,*לָכֶם *vobis,* לָהֶם *illis,maſcu.* Si verò applicabuntur nominibus, nec nominum quidem naturalis tonus ſuo propterea loco mouebitur, vt הַדָּבָר Verbum, הַמֶּלֶךְ Rex. Sed iam ad verborum accentus veniendum eſt.

De *naturali accentu verborum.*

Cap. 5.

Enoni & paül communes regulas agnoſcunt, 1 ca.

B vt פּוֹקֵד Viſitans vir.פּוֹקֶדֶת Viſitans fœmina, פָּקוּד Viſitatus vir,& cætera plæraque tēpora,quibus omiſſis ea dūtaxat, quæ hactenus ſuppreſſa ſunt,in medium producam.Tres perſonæ abſentes præ-

teriti (per has intellige quas Latini dicunt tertias personas) cum suapte natura sint milrah, transeunt in milhel, quando construuntur cum dictione parua, vel cum ea, quæ sit & ipsa milhel, vt שָׁאַל לוֹ *rogauit eum.* Nume.37. קָרָא לַיְלָה, *id est, vocauit noctem.* Gene.1.

Appendix.

Harum autem tertia pluralis in accentibus diuisiuis tonum ad penultimam reflectit, vt pro שָׁמְרוּ *custodierunt. Dicitur* שָׁמָרוּ *pro* חָפְצוּ *cōplacuerunt, scribitur* חָפֵצוּ *secua in motionem, ex qua factũ erat, remigrãte.*

2 ca. *Similes præteriti voces* פָּקַדְתָּ פָּקַדְתִּי *quæ suapte natura sunt milhel, quando præfigitur ipsis vau hippuch, id est conuersiuum transeunt in milrah, vt* וְשָׁמַרְתִּי & *custodiam. Prima autem persona pluralis perpetuò est milhel, vt* פָּקַדְנוּ *visitauimus. Secũda verò persona præteriti singularis & fœminina habet accentum post patach, vt* פָּקַדְתְּ *visitasti, fœmin.*

3 ca. נָה & נוּ *finales syllabæ postulant ante se accentum, vt* פָּקַדְנוּ *visitauimus.* תִּפְקֹדְנָה *visitabitis, fœmin. & similia.*

4 ca. *Coniugatio hiphil, excepto plurali benoni vtriusque numeri, vt* מַפְקִידִים *facientes visitare, masc.* מַפְקִידוֹת *facientes visitare fœmi. perpetuò in iod quod præcedit lamed pahal retinent accentum, vt* הִפְקִידוּ *fecerunt visitare* יַפְקִידוּ *facient visitare, & ita de cæteris.*

5 ca. *In quiescentibus pe iod & pe aleph futurum propter vau hippuch, id est conuersiuum fit ex milrah, milhel: sic* יֹאכַל *comedet,* וַיֹּאכַל & *comedit,* יֵדַע *cognoscet,* וַיֵּדַע &

& cognouit.

Quiescentium hain vau secunda persona præteriti singularis, & fœminina, est milhel, vt differat à participij præsentis fœminina voce, cũ qua alioqui penitus conueniret, vt קָמָה *surrexit fœmina. sed* קָמָה, *id est fœmina est surgens. Eadem ratio seruatur in duplicantibus hain, vt* סָבָה *reuersa est, sed* סָבָה *reuertens est fœmina. Sunt & istæ personæ eiusdem ordinis, milhel, tertia persona pluralis præteriti, vt* קָמוּ *surrexerunt, vt sit distinctio à quiescentibus lamed he quorum eadem persona est milrah, vt* גָּלוּ, *id est reuelauerunt. Præterea secunda pluralis imperatiui, vt* קוּמוּ *surgite, cum reliquis quæ ante syllabam finalem habent vau scurec, vt* יָבִינוּ, *id est intelligent.* תָּבִינוּ *intelligite. Excipias tamen paül coniugationis Kal, vt* בוֹנִים, *id est intellecti.* בוֹנוֹת *intellectæ, & similes voces.* 6 ca.

Quiescentium lamed aleph, & lamed he, tertia singularis contra vulgatum morem est milhel, vt גָּלָה *reuelauit.* מָצָא, *id est inuenit.* 7 ca.

In duplicantibus hain omnes personæ præteriti: præter secundam pluralem vtriusque generis, & tertiam singularem sunt milhel, vt סַבּוֹתָ *reuersus est,* סַבּוֹתִי *reuersus sum. Horũ autẽ tertia pluralis est milrah, vt* סַבּוּ *reuersi sunt.; vt sit differentia à quiescentibus hain vau: quanquam & ratiône punctorum discrimen alioqui interest. Huius insuper ordinis futurum demptis singularibus personis, & prima plurali accentum habet in penultima, vt* יָסֹבּוּ *reuertentur.* תָּסֹבּוּ *reuertemini* 8 ca.

mini. Oportet enim motionem longam ſequente daghes fultam eſſe accentu, vt traditum eſt canone. 23.

Porrò autem reliquæ omnes perſonæ omnium ordinum & temporum, niſi per præcedentes regulas ſint milhel, perpetuò ſunt milrah, id quod per ſingula diſcurrenti planum fiet. Omnibus igitur decurſis, Deo duce & auſpice, quæ ad figuratum accentum, natiuúmque pertineant, his limitibus, & hac meta conſiſtendum putamus: quando ſatis, vt videtur, & operæ, & laboris, hac quidem in facultâte hactenus impendimus, qui à figurato accentu inſtitutum exorſi, huiuſque officium & naturam, tribus libris complexi, ad naturalem poſtea, cui quartus liber deſtinatus erat, ſermonem traduximus, eundemque abſoluimus: quorum omnium laudem ei, à quo omne bonum proficiſcitur, Deo videlicet Opt. Maxi. dari exoptamus.

τέλος. סוף

FINIS.

ERRATA IN COLLOCATIONE ET *dispositione accentuum, quòd difficilima miniméq; visitata sint nonnulla reperiuntur, eaq́; sic castigabis.*

Folio.9.pagina prima, linea prima, non, lege num
Folio.10.in principio in quibusdam deest dictio פֹּעַל
Folio.16.pa.2, appendix.5.lege, de loco
Folio.17.li.7.lege, cantio
Folio.18.linea.23, lege, subulæ
Folio.19.appendix.7.lege, de polyonimis
Folio.26.linea.5.lege, asseclam
Folio.28.li.17.expunge virgulas quæ sunt super literam ג. *Pagina sequenti, lin.7.lege, destituitur.*
Folio.39.lege, 29.
Folio.30.pag.2.lin.15, expunge daghes à litera תּ, *& ascribe sceua in* ל, *& in dictione* חַכְּהַנִים *expunge* ה *& scribe* ח. Folio.32.lege 31.
Folio.32.linea vltima אָ *& expunge daghes à litera* מ
Folio.33.li.penult.post dictionem figura scribe figuram munach, sic ֣
Folio 35 linea 21 scribe ךְ *&* ךְ *vt leges dibarti*
Folio 36 linea 20 ם
Folio 37 lin.penultima ante tabulas, lege, nostri haud nescius
Folio 46 linea 18 lege, ne
Folio 50 pagina 2 linea 8, lege לָקַח